S. P. D. Literas tuas xxvii Martij datas accepi eo ipso die quo arrogabit Parliamentum dissolutu est quinto nempe Maij stilo vet. quibus haec tibi breviter respondere visum est. Ita est sane, de me recte indicas, qui ab altercationibus istis studiosoq̃ fructis, vt molliq̃ loquar, abhorrui semper, nodum oblector. pudet me pigetq̃ talium barbarum literarum deliciosetamentorum, sed tamen ferre oportet, idq̃ aequo animo; sic enim fumus mortales, lenticuli, morosi, facile omnia erobis condonantes, aliis inhibit. Sed haec minime omnium ferenda in horribus istis eruditorum qui aliis exemplis monstrare, et viam pia deberent, non tantum eruditionis sed modestiae insuper et lenitatis. Gratulat tibi Dr. Parkinsonius vir log applaudit, quod tam cibi ignotum, amicum Laudium suarum praeconem nactus sit, tibiq̃ odio istos tuos torsiculos tibi p honorificos, quantu potest summissa gratias agit. conuenit nuper Dnus Boswellius hand secus ac tui spissa fama amicissº q̃ mentionem iam tandem Batauicam vestram cogitat. inuente Junio se vos visuros sperat. male me metuis, nec ignaviae vellos antiquarii simultatu inter gentes tam vicinas sub auspiciis vestris tibi perfugij volim. non sum enim animi tam angusti, vt illos Gallos magis esse mauelim quam homines, nec me magis nec me magis Anglum reputo quam mundanu: mihi idem Tros Tyriusq̃ gentis humano magis conjultu volim, quam factionibus istis respublica christiana damnatissimis polluti. potentior semper, Gallus vterq̃ fuerit vobis panus alijs timendus et canendus, tu tuta etiam timere nobis permittis. nec haec barba tantum ampullose putaueris, ita enim prorsus natura factus sum. titulus libelli Mexici exempli a me Bibliothecae Oxoniensi dati sic se habet forma y modo de fundar las cofradias del cordon de nuestro P. S. francisco con el Sumario delas gracias y indulgencias concedidas por Sixto Quinto. en Mexico 1589 por Pedro Ocharte nullos vnquam libros Goa Limaue exemplos mihi videre contigit, sed videre imo et habere perlibenter vellem cum fidei aliquammultos inde quotidie impressos prodire: etiam audio vnum in eadem Oxoniensi Bibliothe. Cochini exemplum extare. si faber vnquam omnium se nobis dederit tuus certe erit. Bene tibi vertat quod vobis theologicis bene aliquantulum immiscueris: in illa vestra insula non tam Batauorum quam beatorum omnia vobis licet; adeo morosi sunt nostri Theologi vt hic vix ferrent, statim obgannirent, vt est in vet. repudij formula, mi homo, res tuas tibi habeto, falcem in alienam messem ne mittito. ego in te laudo, quod non aufim exequi, nisi mihi tantae murus aeneus vellem. Legi tamen alibi in ipsis incunabulis religionis tuae reformatae quam profitemur Comitem quendam Mansfeldium ditionem suam peragrasse victima populo predicasse, et olim ponos nos regnante Regina Elizabetha, ei messi non respondere operarij, licentia praedicandi obtenta ab Episcopis nobilibus quibusdam viris concessa est. Polemica illa Grotij docti in manus cuidam vratium theologorum probe sane et docto, sit modo iudicio subacto et ad vnguem a natura facto. nec cessabo interim iudicium Iris Hackesti exquirere posteriorem fasciculu seminis vna cum tertia parte Bentinolij accepi, sed ille alter Do Stalpart comissus perijt, saltem adhuc non comparet. quid tibi volunt, amabo, haec tua barba vltima, de fridibus aliquid addam, libri iam missas videram? quid! annon olim significasti te tandem recepisse? Ego spero me tibi admonenti aliquot remissurias tibi curaturum, non nisi a Trad. Cantio nro expectanda sunt, Londini enim imo nec circa circa habentes bigent, ob fumum credo carbonis fossilis. Cl. Spelmanno tras tuas monstraui. de Synodis respondet qd mihi mois iamdudu tibi innotuit. Archaionomia iam a me exterfit, hoc Oxoniae nec dubito quin vere prelo sit, qd non satis versionis suae confidit. in legibus enim trium posteriorum regum Britannis nullo adminiculo praeter tantum Historiae nixus vacillat alicubi fidemq̃ deffidit, opemq̃ tuam implorat. pro se ferat de Archaiologo sperat se hac aestate aliquid prometurum

De Archaionomia.
De Archiologo.
Et alijs q̃ Spelmannus de me.

qd mihi p̃ valetudinis fata semel mihi bis probabilis videbit. S. ab Cantuarijs. Ego meis omnes DD. Sacrilius et Spelmannus. Vale amicis optime.

XXIII Maii MDCXL.

ACADEMIA REGIA OXON.

300

A Monsieur
Monsieur de Laet

demeurant à

Leyden

17

Nobiliss°. Amplissº. Doctiss°. q; viro D. Joh. de Laet Sothos Mauritius S.P.D. 18

Licet imprimis literas ad te perferendas D°. Cruzio dederim, nolui tamen Clariss. Boswellium ad vos transire vacuum, p̄sertim cum is se mihi tui causa perbenigne obtulerit tabellarium. spero etiam te simul acceptum, modo grave non sit D°. Boswellio, Herbarium nouū D.ni Parkinsoni, Angelo q; florum Paradisum. Uno eodemq; die exierunt in lucem Herbarii istius Hist. Mat. Paris, et tractatus quidam Clariss. Seldeni de nive gentium secundum Hebraeos, quorum posteriores, cum sint Latino idiomate exarati, credo Bibliopolas vestrates ad vos iampridem advexisse. Inspexi Herb. Cottonianū Apuleji aetate vt charactere elegantissimo ita plane idiomate Saxonico, sunt vna alij aliquot autores innectim compacti quorum vnus literis Longobardicis scriptus est. De Dictionario quid factū sit, satis certus es ex vltimis meis. nihil aliud occurrit in p̄sens, qd vel tibi scire vel mihi scribere expedit, ego ingenio nulli seculi satisfacturus sum, ita mihi animus est quotidie animo ad omnia, nihil horum ominatur. tumultuamur hic omnes, plebs, milites, clerus, pons dixerām ipsa rerum natura etiam in iis quibus ne mutire quidem tutum est. Sed quid ago? manum de tabula. Illa tibi salubia transcribimus mei omnes. Deus te in ppetuū vna cū tuis omnibus incolumem seruet.

Whitelwortha xxviii Junii CIↃIↃCXL.

ACADEMIA CANTABRIGIENSIS

309

A Monsieur

Monsieur Jean de Laet

demeurant a

Leiden.

Nobiliss. Amplissq. Doctissq. q. viro D. Joni de Laet Scios Mauritius

S.P.D. Accepi nuper, Clarissime vir, literas tuas postremas xvmo Junij scriptas brua
cum Breda expugnata, de hominibus aliquot ex Brasilia. Simile omnino Simon
herba vinca seu mimosa, de quo loquaris, vide ponas D. Parkinsonium,
unde credo eum icones rerum non omisisse nobis depictum dare. gaudeo
literatos vestrates iras aliquantulum de simultate tam tandem prouere. nimis
iam rixarum fuit inter quos minime oportuit, qui alijs omnibus viam sine
modestia debuerint. irides iste, licet nomenclatura aliter pluadere videtur,
non sunt nobis vernacule, que est sententia nostratium Botanicorum, ponas
quos vix inueniuntur. alba ponas me est, sed florem nondum dedit. promisit
mihi olim D. Tradescantius exoticas aliquot de Anglica ista falso dictas a nescio quo
D. Ward, qui procul a nobis rure degit, sed nondum fidem praestat, ego tua causa
non cessabo ipsum interpellare, auerunq. vellere. in Germania nondum re
vergunt res ad perfectam crisin. de exitu obsidionis Atrebatensis aliquid expe-
ctamus. hucusq. processerant, cum comodum interuerint famulus Dni Rumbri
vicini mei cum literis tuis vltimis xxiiii Julij, quas mihi reddendas here suo tra-
didit D. Wakerlid a secretis Illustriss. Dni H. Fani Secretarij Regij, quibus
legendis mirum in modum recreor. iterum iterumq. perlegi, subducunt me-
interim maroribus, qui me minime quantum affligunt, cruciantq., nec tam
presentia
vergunt, quam futura horremus, que nobis adeo ob oculos sunt, vt facilis
omnino sit diuinatio. quae de amicorum lucubrationibus tuis linde dicimus,
non ita rigide accipienda sunt: etiamsi mediocres sint, aliquid amicitiae tri-
buendum est, cum male se habuerint, etiam hoc condonandum est moribus
et consuetudini, sint etiam pessima tum non tam laudamus, approbamusq.
quam monemus, hortamurq. ad meliora, industriam q. et studia excitamus,
nec eorum negligentiam praestare tenemur. voluptati mihi est te in me-
liorem partem accipere que de contentionibus Gallorum Hispanorumq.
dixi. Deum summum testor me nihil de rep. christiana vnice studere, nec
alicui genti ne nostrae quidem nimis addictum esse, qd genus ambitio-
nis et factionis humanum genus tantum non deperdidit. nauigationibus
vestris Americanis bene precor non tam Sacchari aut mercium pre-
tiosarum causa quam vt Herbarium illud tuum in lucem exire tandem
possit. Garcias ab Horto iste mihi duplicis de causa placuisset, tum quod
Goa excusus, quam ob subiectam materiam, licet illum alterum Clusij
tamdiu tendamus. alter illa Christof. Acosta principis editionis lingua Hisp
Burgi excusus penes me est, thesauris instar asseruatur. ita sane animo
his sum, vt in hisce, quae ad studia attinent, non solum quae necesse sunt asse-
qui cupiam, sed animo aliquid de curiositate condonem. promisit mihi D.
Tradescantius anemones aliquot tenuifolias mihi spondere, cuius fidei standu
est, aliter fidei vix potest. Ego equidem a studijs Theologicis, demptis scriptis
aliquot paraeneticis, SS. patrum operibus, semper abhorrui. polemica me
sere ad insaniam vsq. adigunt, tum adeo nodum in scirpo quaerunt te, a
omnes: quorsum etiam pars plaraq., nisi ad discidia immortalia, odiaq. plus-
quam Thyestea fouenda, quibus orbis vniuersus iamdiu ardet de tantum non
corruit? reliqua curiositatibus de scrupulis quibusdam metaphysicis hinc inde
ex Aristotele petitis minimum quantum scatent. Summa summarum est optima
esse Theologiam vitam bene actam, quorsum omnia tua tendere nullus
dubito, alia omnia sane non nisi parerga. confido te totam hanc rudem
κεφαλαιαν in bonam partem accepturum, mihiq. modo inter amicos condo-
naturum. mitor Math. Paris nondum apud vos prostare, cum iamdiu
Bibliopola quidam Belga, nomine Black, qui hic Londini negotiatur,
nescio quot exemplaria (incauta sane, nisi me mea valde fallat memoria,)
a D. Saldeno emerarit, ego certe alias tibi misseram. tractatus ille alter
Dni Seldeni non multos emptores inuenit adeo inamis pene est, octodecim sol.
nostrates postulant, cum sit tantum foliis minori, vnicq. tantum digiti crassitie
non dubito quin modeste Marco Apulejum Saxonicum Cattonianum a Domino

310

Exhorgueo possim, quam primum mus reliquerit, quem ego sedulo de industria ambiui, mihiq conciliaui, vt aliqua ab eo excuderem ad thanetum mou adornandum, nec desorit offocheq conatui, quadam enim opa illius nactus sum ex Archiuis turris Londinensis, quarum reportorium quoddam volut index auctior in Bibliotheca illa vetustissima asservatur, qd mihi aliqua suppeditauit. promittit etiam epistolas aliquot ipsius autographas, lingua vernacula quq etiam idiomatis, ab hodierno varietate haud inutiles erunt. Ego itidem Bibliopolis nostratibus non cesso inculcare, ipsimet etiam Roudrendissō Primati D Clarissō Spelmanno, non tam vt iucundum, libri impressi vocentur, licet vix inueniantur bonales, quam vt emendatiores emendationesq dari possint ex collatione diuersorum exemplarium, D praecipue ex exemplari aliquot locna frugis e tenebris de sepulcris Bibliothecarum ornantur de a situ, tineis, blattisq vindicentur opa typorum: gaudeo certe te iuxta mecum sentire: quicquid bronites D Louis mala scribo tango, scito minime tutum esse prolixius de expressius scribere, de industria igitur tenebris me inuolno, nec mihi arridet locos per ingulum reditura vt inquit ptus Romanus. nec credo dominum Boswellium licet praesentem D amicum clare locuturum: vlcera enim sunt quq lingudm non admittunt. tu tamen vt nos consolari possis, bona speras, quod de nos bona sperare iubet. sed vix possum sperare sine despatione ados conuenient omnia ad fata pronunda. magis me consolatq, quod nos hypochondriaci sepe timemus multo plura, D acerbiora, quam quq eueniunt, etiam hoc, quod quicquid erit, θεῶν ἐν γοώσαν κεῖται. Bibliorum nostrati lingua multa sunt obliqua, in quibus fere omnibus inest figura aliquot templi, eiusq apparatus, vestimentorum item sacerdotalium. Salutes a me meisq omnibus etiam a Dno Sacuilio, cateros nondum conueni. Longanimitatem tibi, salutem D in coelum animum compescamur.

Thistleworthia xxvii Julij stylo nostrato MDCXL.

Ego semina a te missa herbe rimosa seu fondentis terre iamdudum commisi, alia etiam eiusdem generis a D. Parkinsonio ex ipso illo folliculo de quo tu, extracta, nec non ab aliis amicis precipue Excellentissō Maidernio aliquot alia quq omnia nullatenus curae D diligentiq mee respondrunt forsan quod me minimum quidem aqua macerata fuerint, alias non omittam. iterum vale Vir amicissime.

Audo scire quam citissime te a catarrho tuo isto iam multum valere. sunt enim morbi molestissi.

De Elzevir.

311

A Monsieur
Monsieur Jean de Laet
demeurant a

Leyden. /.

Nobilis. Amplis. Doctiss. q. V. D. Joni de Laet Jonas Mauritius

S.P.D. Dedi ad te nuper, Clariss. Vir, literas satis prolixas multo ante datas quam ad D. Cruzonem perferri potuerint. Vin causam? audi. cum iam scripta & sigillata fuerint, Londinum me contuli, vt eas D. Cruzoni traderem, allatis simul posterioribus tuis, vt D. Seldeno ostenderem; est enim tibi haud perfunctorie amicus, facimusq; aliquoties tui amicissimam et honorificam mentionem. Dum literas tuas simul legimus, ecce altera mea ad te scripta, prolata in mensa relicta sunt, nec aliquandiu conijcere potui, quid ijs factum fuerit, donec ipse D. Seldenus mihi per literas aurem vellerit. nunc alteras tuas xxiv Aug. scriptas accepi una cum munusculis aliquot literarijs, mihi nunquam non gratissimis. bene sit Assentatorio & Hugidio quod filius tuus iam salutem recepit. nos hanc hic autumnum hunc insulse nostre quaquauersum malignissimum experimur, adeo regnat & grassatur febris quedam noua, maligna moris, quo Amiratius Northumbricę Comes valde periclitatus est. De Lexico Dni Simondi Douxij nosti quid olim tibi scripserim, in hac tua provincia te nominem tibi parem habere. Inde author fui venerabili Archmarinę Joni D. Spelmanno, vt te consuleret, priusquam versionem legum Saxonicarum orbi literario communicaret, qd iam diu factum est, vt ipse coram mihi significauit. nollem amicos meos tam audaces, & presentis posteriq; ævi tam fœuros, vt catulos, virginos in lucem edant. recte indicas, multa apud nos extare huc dignissima. imo D. Seldenus in eo est satis firmus, multa adhuc in angulis latere, quę antiquarios nostros maiorum gentium fugere hactenus, quod vix mihi persuadet. hoc saltem concedere possum, multa satis vtilia restare adhuc inedita, quę opem eruditorum patriæ reiq; literariæ amantium anide expectant. consultum aliquoties soleo de editione doctissimorum aliquot. ego Thomam Knightonum reliquis p̃pono, qui multa recondita aliis intacta habet, cum præcipue exscripserit. ipse p̃fractus negat, nec D. Cottonus concessurus unquam, vt e claustris Musæi sui egrediatur, adeo pœnitet etiam editori ostentat nimia turgescentia. est enim oris liberrimi, vt nunc res nostræ sunt haud publici juris. Johannes Bromptonus Abbas author historiæ Jornallensis cura iam est D. Watsio S. Th. D^ti qui nuper in Math. Paris edendo desudauit, vti tempore hac tristissima impedimento fuerint, breui mundo dabitur, vides enim omnia Mercurio magis quam Minervæ litare, famæ magis quam famæ. Salutant te D. Sackvillus D. Seldenus, meiq; omnes, Deumq; opt. max. precor bonorum vt te cum tuis omnibus, hac tempestate mundi turbulentissima, salvum sospitem, florentem diu servet. Illustriss. D. Boswellio, vbi videris salutem abs me impertias.

Thistelworthæ XXIII Sept. CIↃIↃCXL. Vdekrd mg

ACADEMIA PRINCIPIS ARENDO PRINCIPIA

312

A Monsieur
Monsieur Joan de Laet
demeurant

a Leyden

Nobilissº Amplissº Doctissº q. viro D. Johi de Last Johes Mauritius M

S.P.D. Accepi nudius quartus, vir amicissime, literas tuas bbonorez, mihi perquam gratas, XXIII Sept. scriptas, quibus visum est hac subito repomere, valetudine iam satis firmata; animo tamen, nescio quo pacto, ad omnia vitæ munia nauseabundo; ita mihi equidem omnia rudia videntur ad bella plusquam civilia. In interim tota delectas, miseriasq. humanæ vitæ amœnoribus studijs mulcez. Felicez sane quibus ista licent. Gratum est literas Saxonicas te nondum abiecisse. conatus quabscunq. Dni Douxij te incitare potius quam absterrere posse facile credo. Quod a honorabili sane iamdiu nihil literarum accepis, mirum, cum ipse tota fere estate urbe abfuerit, in prædijs suis Norfolciacis moram trahens, quem ego aliquoties domi frustra quæsiui, nec scis an adhuc redierit. Ego certe perlubenter vellem, etiam musarum causa, operam meam tibi præstare, ad Saxonica aliqua tibi comparanda, sed sunt hic, credo, satis rara exemplaria, etiam quæ sunt haud facile extorqueri possunt ab amicis, adeo cimelium instar habent, certe mari vix credent. Reuerendiss. Primas adhuc Oxonia hæret, inter libros istos M.S. vt audio, tantum non sepultus, nec nisi post Pascha Nouum rediturus, quod die nobis merito solemni ob immanem olim pontificiorum conuiuationem in totius regni ordines oluscam ipse concionaturus est. ego alias tibi scripsi quæ meditatur editionem nempe scriptorum aliquot vet. historicæ Britannicæ, quorum quidam hactenus inediti vt Rossinus We. Scripsi etiam, ni fallor, Apuleium istum Botanographum tam idiomate quam charactere Saxonico esse, unde verear ne literæ meæ aliquot male perierint: mollius sit tuis ad me, quibus sane tanquam musarum sallarijs me aliquoties refici audo, nec possum non sedulitatem tuam laudare. Ego sane opinioni Scaligeri, nec id hominis tantum causa, accedo, quabscunq. libros historicos aliquid bonæ frugis afferre, adeo orbi literario, vt vt fuerint communicandos esse. habent etiam vsum suum fabulæ istæ anilis plusquam Milesiæ. Os Cottonij nondum rus suum reliquit, adeo de eo nihil adhuc promittere possum. Hauguttus noster ad umbilicum iam perductus est, licet aliquot libri Italici ad manum mihi non sint, quibus quædam excipisci possem ad vlteriorem eius perfectionem. aliqua spospondit a Dno Seldeno, qui iam decollauit; ipse Hebraicas, aliasq. linguas Orientales, magis quam has modernas sectatur. Bibliotheca Solius Baronis Conwaij mihi aliqua sufficere posset. sed is tumultibus Hiberniæ nuperis inuolutus est, vt procul absit. Vtinam ego etiam Hauguttum rerum rediuiuum patriæ dare possem, vt procerez populus, adeo animatos, vt sanioribus consilijs tandem acquiescant, vt ego mollius sperare possem de hiberno motibus. de statu rerum nostrarum disputas sane apposite vt rodunicerarez, cui non possum in omnibus non assentire. ita est vt scis de rebus Hispanicis. fernit Barenomnesq. etiam copias aliquot Gallicas accersisse: sed hæc omnia fama forsan in maius extendit. vt vt sit, hoc certe hinc colligi potest, qd olim nescio Spartanorum rex tanquam ex tripode effudit dominationes, quo moderatoresq. futuras. ad eadem anhelarunt nuper Normanni, sed vana est sine viribus ira. perierunt aliqui in ipso conatu, quidam melioris note huc ad nos transfugerunt. vides modos, quantum assecuti sunt egregij isti Titi, qui ad clauum reip. sedent, quiq. omnia in rep. moderanda ad normam vt amussim canonum vt præceptorum politicorum Machiauelli dirigunt

313

Amon hocce est aurco hamo piscari. quam bene effatum illud politicorum Coryphei, In est rebus omnibus quidam velut orbis ac, Vectratos Belgæ olim gladiorum fregisse, viamq; alijs monstrasse, sequuntur nunc strragonij & Normanni, quid indidisse Scoti palam est. Etiam Turcæ iamdudum, quibus libido principum sola norma regnandi est, hanc viam insistere cæperunt. Dabimus, hæc omnia regulis istis auroris scilicet illius impuri sceptra, quæ omnes collimant. sed ad illud nebulonis nescio cuius velorum, celerrimum mutuant. Hui quam infidus principum satelles, subditorum motus! nec quam bene gerunt rem omnia ad turbas & tumultus. quæ licet tamen mutatio in rep: licet in molimine anceps, nec sit tuta quam sine valida & valde periculosa cinesi. Vos ad hæc vestra haleyonia non nisi per gradum malorum progressi estis, quæ maiores vestri viri sane fortissimi fortiter & spartano more concoxerunt. sed quid ago, ignoscas, queso, huic meæ garrulitati. Salutat a me, meisq; omnibus. Det tibi deus omnia quæ velis amicorum optime et observandissime.

Shirtelworthæ 7° Oct. MDCXL

A Monsieur

Monsieur Joan de
Laet domeurant

a Leydon. /.

Amplissº. Doctissº. amicissº. q, v. D. Johi de Last Z. Mauritius

S.P.D. Non rediit ad te filius tuus literarum mearum vacuus, vt eo ipso die quo illas desideram accepi literas tuas xxmo Oct. scriptas, quas D. May domi domina Londini reliquit, vna cum epistolis Plinij tua cura adornatis & Elzeuirianorum elegantiss. typis excusis. Laudo institutum, suspicio industriam, qd inter tot negotia tam domestica, quam politica, tot conatus alios literarios proprio marte elaboratos, etiam horas aliquas subsecivas possis delicijs quibusdam vet. Scriptorū recensendis & adornandis. pergratum est nobis oibus munus egregium filij transmissum quo fauente D. Schurmania vita est mihi seipsam excussisse. vellem esset videre, quam prope ipsam imitata est filiola in istis animalculis & arbuscula effingendis, licet aliud plane artificium sit a sacro diuorum, quo antea fere gerebat, vt tu recte animaduertisti. indicauit mihi filius tuus suborta esse hic negotia quædam non vulgaria, quæ præsentiā tuam desiderare videntur, qd mihi sane miris modis extilarauit, spero etenim te rerum vices, dextrece adiungere dextram. nec dubito quin & Saxonica tua quibus tot tuas inuias, maiores q nostros, vestros q dominetur is, quorumq hic copiam aliquam multo sperare posses, aliquantulum te allicient & inuitabunt, pondusq aliquod addent etiam amicorum vobis. plaudet sibi D. Parkinsonius cum audiuerit, te tantum virum in omni genere literaturæ debere tamen aliquid suis lucubrationibus; ego sane illi hunc triumphum apparabo, quum primum mihi fere otium dederit. D. Spelmannus iam tandem nos suum reliquit; quem tamen nondum inuisi, sed a filio eius nato maiore, quem in foro Westmonasteriensi offendi, hæc habui eum satis sanum redijsse in suo domo inuenem, ita ad vernaculus & puros soli natalis soniti & affecto corpori congruus visus est & salutaris adeo vt amici eum diutius retinere satagerint. D. Watsius curam omnem abiecit, cogitationemq Bromptonum edendi p hisce tumultibus, ipsosq libros M.S. D. Seldeno reddidit. ipse enim Lucrum sequitur, cuius valde tenuis spes est ex librorum editione hisce turbulentiss. temporibus: furente enim Marte frigent Musæ. nihilominus vestros quoq de postremi D. Seldeni libri immani pretio, idem ipse sentit, vt mihi aliquoties conquestus est. experiemur an autor futurus sit vester typographis operis domo vendendi, & fortean appendix adijci possit, vt solet post secundas cogitationes. ego omnia me suscipiam eum interpellandi, quem iam tamen non tam sæpe inuiso & locum nempe inuitum vna cum D. Tho. Roe Burgensem Academiæ Oxoniensis. etiam Rex eum Prolocutorem (qui nobis Speaker dr) domus Communium designauit, qd ipse seu omne seu nullum vitauit opus & Auscilio D. Littletoni Communium Placitorū Justitiarij, cui senio professus est, se panam potius subiturum alacriter, exilium nempe vexantibus Legibus propositum. Stand vero credis D. Salmasium offensionem nostrorum

RADCLIFFE ... OXFORD

Euangelium ob Hierarchiam Episcopalem vna cum Primatu Papæ funditus euersam? Grunniont fortasse Epi, & qui illuc anhelant, saniores certe Theologi non ita; quibus dignitatem illam non adeo iure Diuino fultam & corroboratam esse placet. quid enim aliud est hæc asseuratio quam vastrarum & Gallicarum Ecclesiarum plana & plena condemnatio: idq; e diametro contra mentem D. Hieronymi, qui tractatu quodam ad Euagrium presbyteros eosdem esse cum Episcopis docet ex Apostolo, qd autem vnum ex se electum presbyteri in excellentiori gradu collocatum Episcopum nominant, in Schismatis remedium factum esse vult, ne vnusquisq; ad se trahens ecclesiam Christi rumperet. Si tibi tantum otij abs re tua, studijsq; melioribus sit, lege Sodes, quæ de ea re scripsit nuper quidam Eponym nostrorum, quem tu haud dubiè nosti. Ecce tibi tractatum quem simul cum his literis mitto. tantilli temporis facilis est iactura —. non omittam salutem amicis abs te dicere, vt se se obuios dederint. sunt pondus me rerum Burgund. Pont. Houteni L. 6. Antapiæ ex Officina Plantini omissi fol. Sed aliis est eiusdem de vestro Belgio tractatus forma quarta, quem viam diu vocalem quæro, nec nisi in amicorum quorundam Bibliothecis inuenire datur. Christum Deum opto mihi, omnes precamur bonitatem vt te cum tuis omnibus sanum, salutem, florentemq; conseruet diu, etiam vt te saltem iterum in hac domo videamus & complectamur.

Thistleworthia xvi Nouembris Iuliani CIↃIↃCXL.

A Monsieur
Monsieur Jean de Laet
demeurant a

Leyden.

Nobilissº. Amplissº. Doctissº. q̃ viro D. Joh. Mauritius 13

S.P.D.

Male accidit, qd̃ noꝫ litorꝫ adeo tortuinoso grauiꝫ ad te vadant, cum ipse aliquoties tuæ
minimis pijder sim ad respondendum. inuenerunt me vltimas xxvii. Nouemb. scripta
haud satis sanum a nescio quo, qd̃ responsum meum hactenus retardauit, modꝫ scrip=
turienti subinde sufflaminauit; nunc vero, cum paulo melius sit, accingo me sanè vt tibi de
amicitiꝫ nostræ iam tandem satisfaciam. Det deus vt parlamentum omnia in pristinum
statum reducat, & ne ragezze tanquam egri vicꝫ vorsa habeant. Ego sane, vt res nostræ
nunc se habent, omnia alia, licet alias reip. vtilia & necessaria, ragezze iudico præ
negotio Scotico, de quo altum silentium, certe quoad parlamentū. Substituit rex quosdam
nostratium nobilium ad res Scoticas vna cum Scotorū deputatis tractandas componendasq;
vdicunte inter se satis comminare de grauaminibus, tam quæ ad religionem, quam quæ ad
remp. spectant, hollandis. Sed petunt Scoti immanem summam damnorum componsandorū
causa, 300000 Librarum nostratium annuatim in nescio quot annos ex reditibus Scotorum
Ecclesiasticis, qui hisce motibus ansam dederunt, ex gondarum & 800000 a nobis persoluendā
hæc, nescio quam vere, mussitantur. Vide, Deos, annon satis turpe sit futurū gentinostræ
hæc concedere, imo nec debile forsan, aut reip. nostræ salutare. hinc omni ogni arma,
magis instructis Scotis, quibus hactenus aliquantulū desticti sunt, annua eorum incursiones
expectandæ sunt, pecunia scilicet, quæ S.C. alter sanguis, redimondę, ita vt extincto iam
plane Danigelo illo vet. Scotigeldum aliud instituendum, longe turpius. ne fuerit deus,
licet quidam forsan gentis innoxiæ pauperati concedendum & condonandum sit, imo &
gratitudini; omnia enim illa bona, quæ ab hoc parlamento manabant, hisce Scotorū tumu=
ltibus accepta forsan ferenda sunt. imo quidam sunt inter nostros, qui sibi valde politici videri volunt,
qui nollent Scotos domitos, nec res omnino compositas, donec parlamentū ad finem perductum
sit, bono malus consilio, vidérint fata. ex his potamus indicare facile possumus quam inter sæcu=
la saxum horemus, lupum auribus tenemus. Ego sane vereor omnia reuoluens, & mecum
ruminando considerans, inq; labes odio, alijsue animi vitijs, quorum causas procul habeo,
me odium antiquum, & olim inter gentes inueteratum haud satis deforbuerit, saltem a parte
Scotorum, nec deos, vt sunt nunc mores & natura hominum, gensq; humanum iamdiu
prorsus depravatum, tanta virtutis capaces iudico, vt æquales absq; armis, solius æqui boni
intuitu, rationi cessuri sint, animatis præsertim adiutos plebis viralis fauore, adeo summus omnes
fere zelotæ & remp. nescio quam Platonicam, discipliname quandam Ecclesiasticam somni=
calestem somniamus. Horsum Virgilij illud sic inuerto, timeo Scotos & dona potentes, alia
etiam perquam multa sunt, quæ me torquent, ijsq; patrocinari & suffragari videbuntur præmun
& conuertuntur deum O.M. vt omnia ad suam gloriam, nec non vtriusq; gentis salutem, adeoq;
commodum dirigat, in quo vota hæc infausta finio, minor te non aliquoties ex literis D.
Douxij subodorati, cum vinum esse paululum omnes montis, est tamen vir doctus, reiq;
antiquariæ peritus, sed cui illa anima sapientiæ, iudicium non satis sæpe suffragatur. multa
de illo satis lepida circumferuntur inter populares suos Norfolcienses; etiamnunc in par=
lamento non omnino sibi imperat. forsan nec talia te latent, quæ tu ex innata quadā
comitate, & vrbanitate aulica tacos, nec a te profici volis & sunt hæc certe, quæ in sinu
tuo offundo, quæ effutire foras nollem, nec palam eliminanda sunt. ego interim bonitati
& prudentiæ tuæ haud immerito confido. Libri quos desidero ad Augustum nouum per=
ficiendum di sunt. tuto scis Italiam olim, post vastas Barbarorum gentium incursiones &
inundationes, in pusillas aliquot resp. tanquam riuulos disportitas fuisse, quarum singulæ
res gestas suas historijs separatim consignarunt, posteriq; tradiderunt. has quotquot
nichi vnquam obuias sed dudum, cariss olim, quales quales comparaui, adeo vt nouendecim
tarum pondus nec iam sint, nec tamen mihi satisfacio, desunt enim hist. Pedemontana &
Montferratensis vbi Augustus prima militiæ suæ Italicæ tyrocinia & rudimenta exegit;
nec non Pisana, ad quam remp. arma sua circumtulit post res compositas inter
Marchionem Montferratensem & Vicecomites fratres, vnde mihi necessitas imposita
est, res omnes illa militia gestas ab hostibus hunc temporibus Florentinis mutuo sumā
qui aliqd forsan odio dederō. nec ad manum est Poranzina, in quorum continuis,
confecto Pisano bello, varia bella gessit, Papius hy bernauit. nec Romana Giacconij
etiam cum additionibus & supplemento vltimo doctorum aliquot virorum mihi satisfacit
persequitur enim res tantum Papales & Cardinalitias, nec alia historica curat.

Historici Neapolitani Colonnæus cum appendicibus Costi &c. Caraffa aliique, quos videre mihi contigit, minis futiles, posteritatisq; incuriosi, sonum pecus, a prioribus tradita ad unguem sequuntur absq; ulla disquisitione, veritatis cura, adeo ut valde fallant, fallanturq;. duo sunt modorni, quibus provincia fuit archiva ruspari, voxitatemq; ex libris m.s. ornare, Angelus Costantius, & Joh. Antonius Summontes, quos valde desidero. rediit sane Baro Conwaius, sed fervente parlamento, nihil opportune cum eo agi potest. vix D. Soldonum salutare semel datur, tantum abest, ut possim cum eo totas simul horas, ut antea insumere. duo etiam sunt rerum florentinarum scriptores satis triti, & vulgares, qui tamen in omnibus nostris bibliopolijs desiderantur, videl. scilicet Aretinus, Poggiusq;. tres alij ponos mo sunt, at hos etiam pervelim videre. nosti enim quanto motius ornatur veritas & elicitur e variorum eiusdem historiæ scriptorum collatione, tanquam ignis ex silice, chalybe & igniario. rumorum etiam hic satis est, sed veritas in imo, & in abdito est, qui exhaurienda vix sufficient plures Democriti. Cum essemus hua D. Soldonus eo paulo ante parlamentum in Musæo eius, offendi forte fortuna duos scriptores Germanos satis recentes de inventione & inventoribus artis typographicæ, eos avide arripui, perlegi, nomina notavi, sunt hero Christof. Hofoldus, & Born. a Malinckrot. est enim res, quam tractant, valde ad gustum, gentiq; meum; ni fallor alicui eius rei promisit olim Hector Scriverius. libri aut enim scriptores de autore, etiam de æra inventionis haud satis constant. vide, amabo, an & hi inveniantur apud vos. de reliquis in prioribus meis haud filum. Gollium D. Salmasij avide expecto, est enim autor haud inutilis, estq etiam valde depravatus, utpote in cuius medicina pleri docti non ita desudarunt. habemus hic nuper Germanum quendam valde inventum, qui in eo genere nugarum, ludicrorumq; operosionum, in quo filia mea excellere visa est, supra caput est, planeq; Coryphæus, cui etiam popularis vester D. Schurmanna haud inulta cedunt; in eo ingenio, quibus tribus chartaceis insumsimus 3 libras sterlingorum. forsitibus etiam solum operatur. speramus etiam te hic videre, ut hic eos videre possis & admirari. Salutamus filium tuum inventum humaniss. summaq; spei, cui historicam Democritiam aut Ciceronianam optamus, ut tibi Anglicanum iter phædeat. sed hoc tu, amissam tria pondera sane perpusilli momenti, sed dixeram ridiculosam, quæ tamen, meo equidem judicio, locum meretur in horum temporum annalibus; nec credo in tota antiquitate omniumq; gentium historia exemplum simile posse inveniri. antiqui dicere licet memoria mea haud multum confidam, me in prioribus meis addita aliquid adjecisse de triumvirijs illis infortunis, qui olim auribus mutilati, stigmatibus insulsi, tetroq; carcere inclusi etiam ab inedicom, exoribus, liberisq; separati, nunc tandem iussu Domus Communium Londinum arcessuntur. D. Bastwicke M.D. carceris pedore, famoq; pene enecto, ut fertur fama (nil enim in me recipio) reliqui duo adversis extremisq; regni partibus, itinere sese accingunt, quibus obviam fit tota pene civitas equis omnes insidentes, roris manibus, lauriq; ramos manibus gestantes, usq; ad Chesapeak, domum deducunt. 3000 equitum fuisse dicuntur, ego sane autoritas haud multo minorem numerum fuisse conjicio, alij volunt etiam ad 7000 ascendisse. ordine omnes, tanquam exercitus quidam Parthorum, binis, in cedentes, quam ego hortum cum in vico Strand dicto offendissem, visoq; rore marino, lauroq; convivæ subito esse forsan pompa aliquam nuptialem, funebrem ne interrogatoq; eorum uno, mysteria fuerint boni exequiæ, imo exequiæ, infit ille, Archiepi Cant. multi eorum ab ipso mari eos comitantur. suspicantur quidam D. Burtonum, qui e clero fuit Londinensi, mille libras corrasisse in eo itinere ex oblationibus ubique voluntariis occurrentis multitudinis, D. Primne interea comitem, at pretracto oblata recusante, reputa qui ex suo satis sancte vivere potest. post novem decemve dies D. Bastwick, firmata jam paulatim valetudine, eodem modo, eodemq; comitatu, pompaq; urbem ingreditur, quo tamen tempore ego urbe abfui, ut non possim exacte tibi referre, quæ non liceo audiri vidi. minuti interea in rotunda, ex qua tumultus, imo seditio oriri potuisset nominem magistratuum urbanorum ne lictore aut nuntio ausum, nec saltem conatum eandem rem post novem decemve dies impedire. Vale amicorum optime

Balam Thistelworthe xiiii Decembris CIↃIↃCXL

Bgoldus Malincrotius

Hori qui fuit xvii Dris Decembris Scoti querelas suas contra Primatem nostrum scripto utriq; domui exhibuerunt, nihil aliud continentes quam violentam Liturgiæ Scoticæ obtrusionem, & canonum istorum maledictorum, quibus animos, motus & tumultus imperos asciunt. Hodie boro dominus Communium eundem, ut antea Locumtenentem Hiberniæ rerum Regiæ meis. coram confessu nobilium insimularunt, simulq; postularunt ut statim carceri traderetq, quibus ipse subito respondet a Scotis hæc sibi haud improvisa accidisse, sed mirari & indignari populares in se adeo male animatos esse, nec credere posse illorum aliquem hanc sui accusationem veram putare, potiss. insuper ne indicta causa ut quondam Locumtenentes carceri mancipar retur, quibus dictis fam acerbe sane sed parum prudenter utramq; denum iudices suos futuros suggillauit. tandem custodiæ traditi D. Maxwellio qui nobis Sergeant of the golden rod dicitur ut et antea Locumtenens. potuit boro ut Lambotham comite D. Maxwellio redire ad scripta quædam colligenda, facile concessum est. eodem die inomin quidam cognomento Harrison filius trium firmariorum qui nuper 50000 librarū sterlingorū subito repræsentauit in sumptu utriusq; excreitus dixit palam comportum sibi esse a viris quibusdam fide dignissimis Archiepum 25000 libr. Angl. in aere pro eadem summa argenti a Collybistis accepisse: viderit igitur, inquit, Parlamentum ne forte agnum strenuum nactus sequatur Secretarium D. Windebanke. audisti, credo, iamdiu eum aufugisse, Calletiq; etiamnum morari. Hæc hactenus. Cum hæc scribo binas tuas literas x° Dec. & xvi° eiusdem mensis scriptas accepi, illas ut vidi a D. Cruzio, has una cum literis Vendrandi Sonis D. Spelmanni. tuis fausta bona deo, breui respondebo. has interim D. Cruzio cras mittam, quidam in volumen terminis grande pro modulo epistolæ excreuerunt. Vale itemum vir integerrime, amice dulcissime. Salutamus te omnes animitus & ex corde, non sine gaudio gratiarumq; actione quod filius tuus quem merito diligimus ad te saluus, sanus, sospesq; redierit. Non possum non verbum addere hic de nuptiis istis regiis de quibus me nuncius quidem hic. altum silentium. nego quidem. nec audio igitur amabo, proximis tuis aliquid indicare.

His hactenus scriptis nondum tamen sigillo munitis aduenit amicus quidam ex aula. dixitq; regem palam nobilibus a secretioribus consiliis dixisse nuptias ictas filii principis Auraniæ cum filia sua secundogenita (cui iam nupserunt natu minor) concluses esse, qd gnti nostræ valde gratum. fornt etiam expectari indies legatos aliquot a vestris Ordinibus inter quos D. Aerssenius. & hæc forsan fort tantum fama, tute certiora nobis suppeditare potes.

ACADEMIA RHENO-TRAIECTINA

A. Monsiour

Monsiour Joan de Laet
domourant

a Leyden.

Doctiss: Amplissq: Nobilissq: q̄ V.D. Joh: de Last Joh. Mauritius 24

S.P.D. Accepimus, vq; perquā lubenter Literas tuas xiii. Januarij scriptas, quibus erat de tua, tuorumq; salute certiorem fieri. mitto iamtandem Catalogum historicū tantopere desideratum, dabocq; operam nō ampliq; defectoras historias aliquas tum Italicarū probioris notæ, quandocunq; sese mihi obtulerint, idem omnes in me suscipio de triga illa Librorū nō dicorū procuranda modo prostant. Judicabo Illustriss. Baroni de Nowarsko quam benigne operam tuam promittis in Theologicis istis Scholasticis, quos desiderat, indagandis. Nō tamen animū affligat, dū tuta Bibliothecæ ut ius instructiss. Primatis Armachani; satis salua res est. oppidū Drodagh, vbi sepositā est, nondū captū est, imo fortibus pfligatis militibus aliquot, vna cū comitatu satis luculento, cæteraq; supellectile militari in Urbem introducti sunt nostri. angit nō magis fortuna Viri quā Bibliothecæ, vt qui ex mora iam diuturna vinci cogatur. Contulit se rex Decanatū Wellesom, sed interuentu nescio cuius suffurranei assequentis ou dum promissum Doctori Rawley (quem aiunt ex gregē Arminianorū esse) Archidiacono est subblitum est. Vixit interim familiamq; sustentat ex contributione generosorū quorundā in Urbe communitas (cui ont-yard ou Degonitum, vbi ipse quot hebdomadis concionatur, ita Doctiss. Vir orandus) sed iam olim vna donatus in pectus domo tenditur. Videris quantum profecerint bona literæ. inhibet quidē de S. Ignatij epistolis, nec posse tibi quicquam promittere de earum editione inter arma enim silent musæ. Vbi sane minesunt res nostræ, vt plane ad bellū ciuile vergere omnia videantur, quod tamen haudita facile, vt mihi quidem visum est timendum, partibus nempe valde inæqualibus, ni imbecilliores auxilio aliquo Gallico erigantur: nec est adeo absonum considerandi vel illarum potentiam, vel vicinitatem, vel denique cū rege nostro affinitatem, ne aliquid addam de exemplo, qd regibus et dominantibus nunquā gratū. Suspicantur etiam nescis quid de Dano, qui classem valida numerosamq; parasse dicitur. Det Deus hijs quoq; finem. non cesso D.n Spalmarum continuo vrgere ad edenda tam patris postuma aliquot opera quam sua ipsius: Scripsit enim, qua vidi Vitæ Regis Alfredi nostri Saxonici et qua luculenta, in qua multa ingesta ex m.s. cod. Cantabrigiensi qua non omnibus, nō doctis quidem satis nota. Sonat nec subitanea aliqua morte decesserit, nec morbo adeo graui oppressus est, quin ad vltimum vsq; spiritū de se multa sperarint amici, adeoq; sibi valde visus est, vt nec filios, nec filiam, quę haud longe aberat, accersiuerit, ita vt exhauserit illa Augusti illi plane contigerit. nec cessabo tibi Dnoq; Cameracio simul operam meam probare, etsi alij itidem tam bene animati essent ad rem literariam, modo tam modulo, promouendā; vel ad vnos doctos probosq; promerendos. ego olim posse me habui epistolam autographam Thomæ Ramolphum, Scripta quam tam ad destinati simulac inuenta fuerit (latet enim inter tot congeries chartarum et libellorum, nec adeo facilis inuenta futura est, qd perfacete simul et impune tibi narrare possem Vrgebo insuper D. Rouse item item ad opem opemq; suam mihi locandam nunc præsertim cū iam mihi constiterit editionem nobis expectandam esse. nec aliquid audio de Bede: inquiram. D. Dowes publicorum negotiorum iam satagit, 319

319

ACADEMIA

Ita vt credam illum Saxonica sua vel amicum, vel fallem interpretem. neprimo
D. Primas vel D. Patricius Junius, ex cuius ore haec tibi scribo, apud eum prandentem,
imitati scilicet, vt libros aliquot vet. m. s. nuper emptos viderent, deq; iis iudicium
ferrent. Gratulor vtrisq. vestra historicas istas Americanas, Africanasq; similesq; Euro-
peas vobis auguror, vt posimus tandem pace vobis christiano orbi optatissima videre
seasa tui, quod ita minime futurum arbitror, nisi partibus prius potentioribus pau-
lulum depressis, qd iam forte contigit, quando scilicet ad Hispanos spectat.
Dabit etiam opera vt Galli opima vicissim spolia reportent. vix credo Epos
nostros suffragia sua parlamentaria nunc relenturos, fortean ne opus istae tam
insignes, radituq; opimos. certo ita se antehac gessimus, vt etiam nos qui ordine
omnino retinendum censemus, vix tamen misericordiam meruerint.

Det tibi deus longos vt felices annos, vitaq; studiorum tuorum optatissimos
mihiq; vt animum, sic occasionem modumq; habendum amicum semper demere-
ndi.

Dabam Thistelworthae Januarij XXVIII CIↃIↃCXLI.

Sr Owens. XXVIII Jan.
1641.

Nobilis.° Amplis.° doctiss.° q; V. D. Joh. de East Joh. Mauritius

S. P. D. Accepi hodie literas tuas XXIV febr. scriptas bene mane a Beto scilicet iam iam exiturus. De valetudine tua, tuorumq; gratum est, gratissimum vero, quicquid inter cetera amicorum literas, meas tam aveide expectare te dicis; de certe de causa, quod ab animo amicissimo, tibiq; merito devotissimo proficiscuntur, alias rerum novarum haud adeo gravide. Sunt enim omnia apud nos ita suspicionibus plena, ut non omnino tibi scribere audeam, quo animus mihi dictat: piculorum plena sunt omnia, literaeq; sepe in alias manus incidunt; quam quibus destinantur, periculumq; scriptoribus creant. Haud mihi placent bovis per iugulum recidere, ut dixit nescio quis antiquorum. Bortia illa multorum capitis haud ita timenda, nec ausim tibi rationes suggerere, cur non ab illa parte adeo timendum sit. In corporibus quibusdam prudentes medici, ut et ego methodum tuam sequar, respiciant magis ad ea quae ab externis causis efficiuntur, quam quae intus oriuntur: ita me fama interna ista, dissensiones scilicet civiles, plebisq; tumultus non tam terrent, quam quae foris nobis imminere videntur. Neq; Galli adeo rerum suarum satagunt, quin possint forsan, imo velint aliquod compendium ex nostris dissensionibus sibi quaerere, bello praesertim Hispanico tandem quoquo modo composito, aut induciis saltem pro tempore quibusvis imitis: neq; video primo intuitu quid possit res Gallicas fluctuantes, et tumultus popularis exoriendos melius et citius sedare, et cohibere, quam bellum aliquod externum, religionis praesertim, et partium studia animos stimulantibus. partimq; duces ponos nos praesentis quodammodo zelo ducti magis quam vera rationis status, minium timere videntur, ne non mundo satis immolet, contra papicolas classicum cani; parum politice, ut mihi quidem videtur. alio enim modo, et cautius eadem res agenda erat. Sed ego forsan hic nimium dolori animoq; nudo indulgeo, et calore quodam abreptus in eandem caecos incido, quas tanta cautela fugere studui. molitiones iste rebellium Hibernicorum non tam me movent, quin aut in aliquando melius sperare, ni nubes aliqua ab austro oriatur. Ego itidem inter tecum initi boni praesagii ab hyemis praeterita constitutione. Deus bone, quales bonae, pluviae, indeq; inundationes, frigus denique intensissimum, et quod magis interim miroris, media Januario estas nudra! amoenus vigilus dei hic est, qui nos vel sapere tandem, vel meri iubet? Det deus ut nos peccata nostra corrigamus, ut ipse iram et indignationem suam auferat. faxit. faxit. expecto Athaes, semina et avenas, imprudentium nihil moror; humoris mei omnes totum incumbat: attamen si alia aliqua facile nasci potueris, simul veniant. tibi satis bene hortum meum noti. Gratum est D. Leandrarium animum meum conando saltem dejiciendi aequi bonique consulere; tantoq; maiori debine pudore suffundar, si nihil, aliorum omnium opera et administerio destitutus, praestare possim. de libris istis quam-plurimis, et optimis Platonico pudet dicere eandem passe inveniri, nec tamen desistam quaerere. omnia prope Bibliopolia rimatus sum, nec penitus desperem, cum Bertigia eam nuper bonitatem alicubi offenderim. Vegetius fortasse aliquando occurret. Ixxiarginae illae multo variora sunt. Caninii Hollonismum ab amicis Oxoniensibus potius, cum interim errorem meum tandem agnoverim Oxonium pro Etona accipiens, tibi singulam eodem titulo Grammatica graeca nuper excusa est. rescribas an non eadem sit quam desideras, ut possim tibi eam simplicia duo comparare. De horto Farnesiano quid dicam plane nescio. Martinus Byordus

320

Nuper scripsimus, vt alias tibi dixi: credo iam etiam ipsum Lubitinæ traditum esse;
adeo non omnino domi habitat, vbi cum certe duodecies, imo forsan vigesies frustra
quæsiui: nec prorsum domi abest qui officinam curat, imitatus furium illum Catalinam
quoniam quidem ait ille, ancillulam tantum offendimus, matrem literatam vt possit
dicere, homines sumus, quæ sola verba pica psittacus more scripsi tantum didicit.
Saluebis cum tuis omnibus a me meisque quibuscunque, cognato meo non, vicino
vale amice dulcissime III Martij CIↃIↃCXLI.

3 March

1641

A Monsieur
Monsieur Joan de
Laet d'Anvuerant

a Leyden

Nobilis: Amplis: Doctiss: q; V. D. Johi de East Johes Mauritius

S.P.D. Bene est, vir amicissē quod vtraq; meas acceperis, vt qd nugas istas equi bonique consulas; melius quod nos ipse certe ad nutus tui tandiu desiderati iam tandem beati. o nos felices, quibus dabiturus q; breui conspectu tuo gratiss: vsurum frui, alloquio vt commorsationeq; creari. nec desso interim hebdomadas, horas que longas enumerare dum grata superuenerit hora. porro libri to recordari cum venturus sis particulæ istius literarum Dni Boswelli ad te, q hanc a rarit, as q think to communicate to you towards Mr Norris his storie of Sr John Hawkwood, wch q will tell you or send you, when brought to certainty vt spes; memineris, credo, verborum, quæ ipsissima sunt vt retuli, ne pareas, quæso, modesto illi aurem vellere. vide iam, sodes, immodestiam, imprudentiam q; meam, qui etiam in rebus leuiculis, nullius que fere momenti non desso te subinde interturbare, quorsum hæc? ais, audi, ita se res habet. vxor mea sepe perpendens quantis me etiam semptieijs mendicitatis que affecerit, frontem etiam ipsa obduxit adeo, vt non verearer etiam aliquantulum molestiæ tibi creare. sunt hic libelluli quæ aliquot vernaculi vere aurei, quos valde vellet compactos more isto vestro elegantiss: charta pergamena, angelis deauratis, eo modo quo libros Geographicos Mercatoris, Ortelij, Bertij solent Bibliopegi vestri adornare. erat etiam penes nos charta pergamena coloribus aliquot tincta viridi scilt, rubro, cæruleo &c. quæ varietatis gratia admodum nobis adlubescent. ecce tibi vna cum hisce literis mitto etiam libellos istos. vt si tibi ad manu sint conclusæ aliquot, non dico mutuis nodis, sed imi vt infimi subsellij, possos, vt tanti sit, amorem filiæ meæ tibi æternum conciliare. nihil hic fere rerum agitur, ita sumus omnes in vinam Locum venturi animati, vt cæteris omnibus reip. grauioribus negotijs relictis fere vt insuper habitis huic vni rei intendatur. sex iam dies insumpti, vix totidem accusatio nis articuli expediti sunt (quantula summa ad nonaginta 28!) in ipsa aula Westmonasteriensi pegma construxere, rex ipse, regina, totumq; gynæceum ne vnicum equidem diem abfuerunt, etiam palam fenestris apertis, sed hæc dicam coram cum venturis, vt liberius agamus, interim det tibi Deus salutem firmam vberem, nauigationem properam, iter felix faustumque, cæteraque omnia etiam supra vota. vale amice incundissime vt desideratissime

Thistelworthæ 29 Martij CIↃIↃCXLI

322

A Monsieur

Monsieur Jean de Laet

demeurant

a Leyden ./.

Nobilissº. Amplissqꝫ Viro D. Johi de Last Joh. Mauritius 27

S.P.D. Anide litteras tuas, amica optima, iamdiu exspecto, vt possim mihimet, tibiqꝫ de felici itinere tuo, exoptatoqꝫ ad tuos reditu gratulari: nec possum interim committere, tam opportunum nuncium nactus, quin te hisce paucis verbis compellem. Vxor est Dni Vianen Vltrajectini, qui tamen hic sedem fixit apud nos, quamqꝫ forsan mecum aliquoties in aula Westmonasteriensi vidisti, virum probum amicissimumqꝫ colueborrimum, ꝙd quod amicitiæ nostræ initium olim dedit, præter animi candorem, inter primos Floræ mystas. Intra mensem forsan reditura est, quod subinde noto, vt præsto sint interim litteræ tuæ. Salutamus te ego, vxor, vicinusqꝫ ille meus, quem nosti, quinqꝫ te vnice amat, vt solent probi probos. reliquum est vt Deum O.M. precemur, precemurq vt te cum tuis omnibus salvum, sospitem felicemqꝫ diu nobis conservet.

Thistleworthæ xxxº. Sept. CIↃIↃCXLI.

323

1641

20 Septemb:

A Monsieur

Monsieur Joan de Laet

demeurant

a Leyden. /.

Nobiliss. Ampliss. Doctiss. q. V. D. Joh. de Laet Joh. Mauritius

S.P.D. Priores tuas 3° Oct. scriptas accepi 9° Novembr. postquam liberos meos posteriores filio tuo tibi transmittendas dedissem. gratulor tibi tam fausturn reditum, tuorumq. omnium salutem. Quæ apud nos post discessum tuum gesta sunt, satis prolixe & verbose persecisti: & quæ omisi, vel saltem haud satis explanavi, supplebunt libelluli aliquot, quos una cum liberis meis, & capsula plantarum spero te accepisse. non omittam amicos de animo tuo bonoque & officio certiores facere. inter quos D. de Voys, unus e pago Vorstiensi rediit, nescio, an sana abiturus sum, quid illi commiserit, sed valde cupio, ut quoquo modo illum demereri studeas: est enim vir, & qui tui similes, antiquarum rerum studiosos in multis rebus adiuvare possit. de inducijs, tacit Deus & omnia in comodum vestrum, totiusq. rep. Xpiana cedant feliciter, precorq. infidam audiat. ignoscas nunc senem, si placet, brevitati harum literarum, quæ solent potius prolixitate laborare. in causa sunt oculi, qui distillatione quadam nunc valde mihi molesti, officium suum male mihi præstant: idcirco etiam omissi catalogum librorum meorum historicorum exscribere. ut in negotijs plerumq. sic ego nunc nihil agendo plane obmutui; itaq. otio difflueo, cum nec legere, nec scribere licuit, ut modo magno malo nunc tandem experiar otio nihil negotio-sius esse. simulac molliuscula fuerit, officio non deero. si meam hanc egressus, tradam catalogum amanuensi cuidam transcribendum: rescribas modo. primum tuis expecto. ut aliquid adjicias de rep. vestra literaria. audio intelligere, quid agant, quid moliantur literati vestri; an valeat D. Heinsius, an redierit D. Salmasius; quid etiam parant Elzevirij vestri, aliqui Bibliopolæ in usum & comodum bonarum literarum. etiam de Academiola vestra Amstelodamensi aliquid audire haud ingratum erit. vale feliciter vir amicissime, domumq. tuam cum tuis salvum, sospitem, feliciterq. tibi conservet, salutant te mei omnes, cognatus insuper, vicinusq.

Fellsworthiæ XIII Novembris CIↃIↃCXLI

ACADEMIA LEIDENSIS

324

A Monsiour
Monsiour Joan de Laet
domourant a
Leyden -/-

Nobilissº. Amplissº. Doctissº. V. D. Joñi de Last Scholæ Mauritius

S. P. D. Agnoui iam olim candorem & modestiam tuam, sed lubricum iter incedis, alibi nam prouinciam quasi inuadens, vndeque subinde ne ansa aliqua malevolis detur institutum tuum calumniandi; maiore ergo cautione opus est in toto negotio. De prudentia tua nullo modo diffido, tantum metuo ne illam in me desideres, vitioque mihi vertas quod ausus sim te meum saltem verbo admonere; sed ego tuto tibi iurare possum, quæ scripsi omnia ex more amare in me tuo processisse. Sine vlla me tenuissima equidem diffidentia specie: ego etiam arbitratus sum amicitiam saltem politicam tibi cum D. Grotio tanquam populari, viroque docto intercessisse. Scripta enim nupera nondum ad nos pervenere; Diatribam illam de origine gentium Americanarum sepe penes vehitatorum quæsiui, sed frustra, illi enim opus omnino ignotum. inter arma quid opus est libris supellectile Musarum, nec solent mercatores, quibus omnia ad quæstum, Cynosuram scilicet suam, dirigunter, nisi in merces vendibiles nummos suos erogent: ex Gallia tamen nuperrime tomos 3. & 4 Scriptorum Hist. Francica ex editione Francisci Andree filij du Chesne, qui proximam hanc patris defuncti sustinuit, attulerunt; vbi aliquam multi historici m. s. lucem iam primum dati sunt: nec ego sane mihi temperaui, in hisce nostris tenebris, quin subito mihi comparandum. ita est certe. Primus iam dudum Oxonij est, tomumque nuper a Domo optimatum scripto obtinuit thesaurum illum suum librarium illuc transferendi, quod etiam factum est, ibique fortean in illo otio literario Epistolas vitas Ignatij absoluet, prælo committet. Accepimus Hisp. vos denuo de pace sollicitare, idque conditionibus valde honestis; sed credo vos adeo Gallis fœdere deuinctos, vt haud facile factu sit, nisi intercedente pace aliqua generali inter vtrasque gentes. fernnt etiam in Gallia non omnia eodem ordine, quo olim sub Card. Richelio procedere, absolute iam fratre regis, aliquotque nobilium proscriptorum in gratiam pristinam receptis: sed vos omnia melius & certius. Ego hic Londini dego inter armorum tympanorumque strepitus: non audeo, aut saltem minime libet suburbanum meum intermisere, adeo regnant protervi & dominantur in domibus nostris milites parliamentarij disciplina militari plane nulla. nosti illud prophetæ Reliquum eruca comedit locusta, & reliquum locusta comedit mololontha, & reliquum mololontha comedit bruchus. D. Samuel Sacuil neri agit penes nos optimum suum Baronissam de Beauchamps in agro Wiltoniensi, aut saltem in Wallia. D. Soldanus, vt solet, Londini in ædibus Comitissæ Cantij moratur, quem sæpius inuiso, homo enim adulto raro foras egreditur, adeo frigido haud ausus se committere.

325

Et D. Herbertus in ædibus suis Westmonasteriensibus. reliqui fere dispersi hic illic biuunt saluti Votio suo consulentes. D. Johnsonius strenue pergit in Herbario plantarum indigenarum, sed operose tarde progrediuntur. Absoluit iam tandem frater, quod mihi mandasti; satis periculosa febri laboranit, quod in causa fuit, quod tam diu expectationem tuam moratus sumus. iam pene convaluit, ordinis Franciscanorum Recollectorum diuinis contra febres, secundum placita Asclepiadarum valde prevalentibus. Usque, preter ordinis instituta, quibus astrictus est, voluntariam paupertatem, aliqua multa sunt, que ipsum ægritudini damnant, amici plane nulli, vt inter ignotos, dispendia captiuitatis, custodum dominique rapacitas, quæ omnia miserrima inopia oppresso haud facile est conquirere: certe, nisi hæc mihi provincia incubuisset dum subinde impendi, periisset funditus. Sed non vltra te morabor: Salutamus te omnes noi. Deus O. M. det tibi omnia quibus vere bono opus est.

Londini XVI Januarij CIↃIↃCXLII

Nobilissº Amplissº Doctissº q V. D. Joh. de Laet Johns Mauritius

30

S.P.D. Accepi nuper, Cl. V. pyridem grandiusculam seminibus conchulisq refertam, absq ullis literis, dum paucula interioris diebus, illas, quas XXIIII Martij scripsisti, quibus nihil gratius est, quam de tua, horum, salute audire. Iure deinde tantum episcopi rei sunt, si nunquam qui protestationem quandam interposuerunt de nullitate huiusce parliamenti, cui nec Londinensis, nec amicus Doctor Ricestrensis subscripsere, presentes licet; reliqui aliquot viri absentes naufragium hoc commune suaserunt. horret animus in mentionem ritus Scoti Germanici; nec immerito horror, ne huc etiam transferatur aliquando flagellum illud iræ divinæ. certe peccata nostra eadem sunt, nec nos magis a Numine tuti sumus. de iconibus gratum est, vix modum excedere potis es. de magnitudine iubeo te securum esse, nam haud difficile erit Licet multo diversas in unum librum satis comode compingere. etiam quæ non satis tibi arridunt, ut est illa Homeri, haud ingrata condiunt, dum molliores saltem numeri pariant. de tua haud refert quæ velis tabulæ tibi pre modestia tua videris, sed quantus et qualis intus et in cute, nobis amicis bene sis. vellem sane ut tantum tibi temporis a studijs aliisq negotijs domesticis subtrahas, ut possimus te hic vivis coloribus depictum cernere. sunt tibi satis etiam Lugduni vestra pictores egregij, ut tibi haud multum in cameo sit futurum, nec ego importune moror. vide quam importunus sim, musæum denique meum tibi dapsilis de causa desiderat, vel ut amicum tuorum fidum; vel ut virum doctum probum, ne sis igitur minium modestus. non possum certe nisi valde ingratus tui non meminisse. de Isaspero Martinum Anglum, ut res nunc sunt, semi mundum, restat igitur ut cum literis tandem compellem, ut scias an exemplar alterum Tobiæ Aldini penes dum Donato sit: dabo certe serio operam, ne frustra sis. de Tradescantio cassa spes est, non omnino patrissat, nec testiculi vona bella paterni &c. de Luca eadem spes est, communi omnes nostros qui talibus plantis exoticis delectantur, Tradescantium, Vidua Tuggii, cognatum Barrellum, nec possum aliquam pro hic comparare, ut ratissime florent, etiam quæ pre etate possent. an bellam aliam plantam desideratis, nec ego satis memini, hoc certe scio, me filio tuo copiose respondisse ad omnia, quas libras credo iam audivit, accepisse. ita enim mones. porge, porge fortiter in Glossario tuo, ut possimus tandem typis excusum videre. titulus iste Julij Cæs. Capacci sicut mihi facit, quid enim commune descriptioni cum historia. ni Baronius grave esset, voluptati mihi foret, ut breviariam saltem ordinem vitæ privatæ et interioris Ducis Finlandiæ usq ad vicesimum sextum huius seculi annum mihi describeret. viginti aut duodecim saltem lineis. reliqua diu vivit facile mihi suppeditabunt libri aliquot idiomata Lat. Ital. Gallica excusi, quæ penes me sunt, il Comentario nuovo della guerra della Magna del Conte Mariolino Bisaccione, le Mercure françois, Itinerarium Germ. Rho. Carmen Elegiacum Historicum Germ., Endradi Wassenbergij Embricensis Comentarij de bello Germ. etc, Petrus Bapt. Burgus Gonsonij de bello Suevico, le Soldat Suedois, Laurea Austriaca Julij Belli, Itinerario o Compendio della guerra di Germ. di Bernardo Lindi Sargente Maggiore, i movimenti d'arme successi in Italia dal Duca di Feltro Capitano, Germania Sacra restaurata Caroli Caraffa dal anno 1613 fino al 1634, Nuncij Apostolici, Historia della guerra del Conte Galeazzo Gualdo Priorato dal anno 1630 fino al 1639. hanc forte tibi molestiam ereani non ob alium finem quam ut mei memineris, vbicunq, forte fortuna incideris in aliquem authorem qui hanc historiam vel saltem obiter tractaverit. aliud quo nos forte adiuvare possit Illustriss. Baro, vide omnes fere autores diligenter de autore mortis Wallenstenij, Mercurius francicus facta tribuit Cantucioni cuidam, Doberok nominis, Hibernus Donerduxio tribuno Hiberno, Wassenbergius alter meus quis Butlero tribuno Hiberno. Boconingius est sa[ge]

326

Hic subtenuis quidam rumor in Hiberniam res haud adeo prospere cesserunt, neq tamen portus omnino in rebellium manu sunt, neq qui sunt, nunciorum aliquot nostrorum obnoxij fore sunt, ita vt haud difficile recipi possint. oramus Dnm D. N. Iesum vt tibi satisfiat, cum redierit Eboraco vbi se contulit festi Georgiani celebrandi gratia. disquisitio illa de traiectione hominum brutorum in orbem altorum valde mihi allubescit. vide Sodes, annon Ios. a Costa rem illam altigerit, boni nomen fortasse meminis perfunctorie. cui vero provincia illa magis conuenit quam Theol. Scholasticis? qui Hexamdron scripsere, modernis scilicet quibus solis orbis illa innotuit? non omisisset certe Tostatus, si illo seculo aut Ioinuille vixisset. credo porro rem totam tractasse de quaestionibus Quodlibeticis Hadriani sexti percunctabor D. Baronem an illas desiderat. iam vero accepi alteras has III Aprilis scriptas, quibus postea subijt nec cogitabo vnde hic tam bene de rebus nostris omnia, certe haud ita prospera nobis augurari videntur, rogo de rerum ordinibus disconsibus. de seminio Locus bene nimis vidi, nec pro pudore negare iustinebit, tamen, ego haud dubito quin facile mihi sit siliquas aliquot cadentes a terra colligere, cum ego hortum inissem. reputtam iam rursus qd in limine tam huius epistolę dixi, in rebus comparandis vix posse eo modum excedere, nec deerit nobis ratio mobe licat diuersas facile in vnum corpus compingendi, porro igitur audebo de me bene merendi, nec de nimis omnino desperare, quos filio tuo subito restituam, simulac faciendi recipere debebunt in negotio illo D. Camerarij nec vobis, nec mihimet ipsi satisfacio hilum, vndique deseror, nec vllus amicorum manum vnctri praestat. quantum tamen potero, ingenue praestabo Salutabis a me meos, et caeteros amicos

XVIII Aprilis CIↃIↃCXLII

Offendi iam tandem Martinum bene mane vino somnoq semisepultum negat se habere aliud exemplar Horti Farnesiani. Epistola Ignatij vna cum notis Primatis Armachani vltimam manum subiere, sed exspectant epistolam Polycarpi de nescio quam aliam alterius scriptoris Episcopi ami. haec habui a D. Patricio Iunio, qui etiam tibi salutem multam impertit

A Monsieur
Monsieur Joan de Last
demeurant a

Leiden

ACADEMIA LUGDUNO BATAVINA

18 Aprile

1642

Nobiliss. Amplissq. Doctiss.q v.D. Joh. de Last Joh. Mauritius
S.P.D. Hac ipsa vigilia Pentecostes accepi literas tuas XXVIII Maij scriptas, quibus certior factus de tua salute tantum gaudij sum, quantum dolor fatum inopinum, nimisq. acerbum filiarum tuarum maiorum natu. Vere olim dictum, hominem totis mori, quotidie amittit suos. quid igitur, an luctui & mœrori penitus succumbendum nobis est? dixit olim nescio quis philosophus, audito obitu filiorum, scio me genuisse mortales. nobis tamen altius consolatio petenda est, a providentia nempe divina, qua suaviter omnia disponuntur, quæ nobis primo intuitu acerbissima videntur sæpe in melius cedere. utcunq. nobis certe vel invitis cedendum est, trahi decet, magisq. nos vult, duci gaudemus. fiat voluntas tua, domine, sæpissime ita oramus, quotidie nos, nostrosq. deo commendamus ancipitia est interim mens, cogitatio a curis hisce, & ægritudinibus domesticis ad res vestras publicas, ubi omnia pene supra vota fluunt, cum nos hic sola futuri cogitatio pene enecat. sententiam iam fere mutavi, adeo omnia bellum civile minitari videntur. mutant optimates, quorum maxima forme pars Londino relicto ad regem se contulerit, non ita populus Parlamento magis redundantes. nemo interceptit, nec ea fere pars nostra fuit. nosti illud physicorum oculum nullo omnino colore privatum esse oportere, ut singulos excipere iste, & distinguere possit. hæc igitur plerunq. a vicinis suscipiuntur, quorum Gallus, Hispanusq., præterquam quod nobis haud satis probantur, ob religionis diversitatem, etiam sanum quid satagunt. restant Veneti, Venetumq. Belgium, quos sæpe miratus sum, valdeq. stomachatus, non antea sæpe interposuisse. augur bonus est, quod nunc tandem legatio extra ordinem a vestra rep. huc ad nos idcirco decernatur. det deus ne etiam vos sitis regi suspectiores, ob istam vestram democratiam, tanquam status monarchici planè osores. Accepi una cum literis huis orationem & carmina aliquot Barlæi, omnesq. icones, filioq. tuo pecuniam remisi. reliquas Antverpienses expecto. de tua nondum mihi plane satisfacis: spero te tandem manus daturum. vellem tamen egregium aliquem artificem. Hamonnamus ille vester, qui me olim cum filio natu maximo una tabula pinxit, inventis hujusce artis peritissimus Hagæ Comitis nunc degit, quem scio, invidiæ causa, totam artis perfectionem, ultimumq. conatum in opus istud libenter infumpturum. tractatum istum H. Grotij nondum hic benam inquio, Bibliopolia singula rimatus sum: sed frustra fui. nil aliud restat, quod te scire opera pretium erit, non cessabo interim te tuosq. omnes Deo O.M. precibus meis commendare valde amicæ dulcissime. Dabam Thistleworthiæ XII Junii 328
MDCXLII

A Monsieur
Monsieur Jean de
Laet domourant

a Leidon. /.

12 Juny 1642.

Nobilitiss. Amplissq. Doctiss.q V.D. Johi de Laet J. Mauritius

S.P.D. Video te nondum literas meas ultimas accepisse, verum est tamen huius XXI Augusti scriptis paucula hæc respondere. ita iam mense res omnes comparatæ sunt, vt bellum civile vix tandem effugere detur, nisi deus aliquis ex machina supervenerit, vt est in veteri verbo, nobis benigne succurrat. iacta est alea, tantum est ad sanguinem, accisi aliquot militibus propre Portsmuthum; nec ulla spes pacis reliqua est, nisi si sperare possimus, regi potestatem defuturam, adeo vt exercitu destituta sanioribus consilijs tandem aliquando manus dare velit. ea nobis vti vtinq; vires suffecerint. interim cavete omnes hos accusent, quod nemo vestrum interceserit, quasi hi tumultus hos minime tangant, nec periculum vllum sit, parietem cum proximo ardet. haud diuino, quid sit, ad quod collimare videris, video; nec rem tamen plane tangis, nisi mihi velis principem vestrum benigne necessitudinis nuper inita gratia, nobis nimis iniquum, Wordinibus vestris impedimento esse, qua minus hisce litibus componendis serio intendant. Scotis forsan ames hoc incumbere, modo per res suas licuerit, non enim illi adeo tranquilla omnia sunt, quin merito dicere possimus furores hosce per totum fere orbem Epidemicos esse. ne tamen illis hactenus citra sanguinem stetit: nobis vero haud ita felicis esse conscium est, quin iam tandem post bellum istud chartaceum, ad cedes & sanguinem seria ventum sit; adeo insanimus fere omnes, si qui sani sunt, qua vix millesima pars est, alienæ tandem stultitiæ panas luere debent. Dolco sane bonum Thuani vicem, tam parentis, quam etiam suæ causæ: audio enim eum, vt decet tanti patris filium, bonas literas colere non desinere. sunt Eminentissimus illa famæ suæ grandem maculam inussit, vt dicit Paul. V Pont. Max. cum nescio ob quas leuiculas suspiciones Platinam, alios q; istius ordinis viros doctos carnificina & quæstionibus crudelissime subiecerit. Quæ a Baronio hinc inde accepimus satis apposita sunt, adeo vt nihil amplius desiderandum sit, nisi velis eum iterum interpellare de priore valetudinis vxore, quæ eum moribus haudquaquam fecerat, an certum sit, eum Baronij Moræi viduam duxisse: presbyter enim ille Hiberno in Stinoraria sua vidua duxit magni principis Hungariæ. vtri fides magis habenda? certe Baronio; sed tamen cupio, vt illud mihi fusius firmet. aliud est, quod Verdussenius quæsiuit, an Butleri, aut Gordoni, aut Bonnevaux ij, an Canturiensis Babbrook, sic enim variant autores probatissimi. Cum tot mala in nos patimur, malorum q; multo merito expectamus, non ideo studia prorsus abijcienda, sed potius ad ea, tanquam quoddam curandæ ægritudinum Lenamentum, confugiendum censeo. quantum adhuc video, non erit de archidibus istis apiferis fraudatum iri. respondent nondum tempestiue sese a terra omnes. tempus iam appropinquat altheas promissas transmittendi, &, si vna aliquot alios fructus, plantasve mittere libuerit, vide sodes, an adipisci possis arborem Iuda fl. albo, Olsandræ fl. albo, fraxinellam fl. albo, & quæ alias sint tua incommoda. restat vt Deum Optimum precemur pro nostra tuique, felicis annos multosq; salutem. Thistelworthæ 330

XXIV Aug. CIↃIↃCXLII

330

24 Aug. 1842.

Nobiliss: Ampliss: Doctiss: q; V. D. Joan de Laet Jo. Mauritius 73

S.P.D. Tam din binis meis literis respondere distulisti, vir amicissime, vt, ex illa tam diutina mora, de tua pene salute desperandum, vsq; adeo vt nullis tamen nihil satisfacere potuerim, donec filium tuum tandem conuenerim, qui mihi opportune de rebus tuis, & negotijs istis Amstelodamensibus certiorem fecit. vnde, bene est, quod omnia alia, praeter valetudinem tuam responsa tua hactenus morata sunt. nunc tandem libras tuas XVI Oct. scriptas, eo gratiores, quod adeo tardas, accepi, ex quibus perspicio vltimas meas XV Sept. cum Orchidibus apiformibus Sex nondum tibi redditas, quod sane Orchidum pecipue causa doleo. video etiam in vestra illa nostrorum non omnia satis bene procedere, & iam diu timui, ne postis hae turbarum ciuilium etiam ad vos attingerent. legatio ista tam diu dilata, nunc etiam senior indicata malorum mihi videtur nescio quid turbidi: certe haud minima pars malorum nostrorum, vt mihi equidem videtur, ad vos redundabit, neque expectandum, vt vel partibus regijs, vel parlamentarijs accedatis, sed tanquam sequestri, & arbitri honorarij inter vtrosq; pacem concilietis; sed nescio quis malus daemon omnia conturbat, eo vsq; quidem, vt nec amici, vicini, foederati, prudentes inuper, virique rectissimi rerum, quarumque interest, ne bellum hoc ciuile inter nos amplius procedat, nobis ne hilum quidem subueniant, sed undiq; deserimur nec bella spes nobis relicta est, nisi a precibus nostris, aut saltem, quod multo potius, & quod bonus omnes auderunt est, a lassitudine tandem Hollandi. bene nos nisi eros, quibus ne bene quidem sperare satis prudenter licet. opto subinde vt haec nuda quidem ista qualis Bibliotheca in tuto esset, & me, & vxore, liberis, cateraq; familia, oculisque quicquid luscumque videt Deus O. M. desolationem istam miserrimam Germaniae totius, Cliuiae, Iuliaci, Comitatus Mansfeldensis, Diocesis Monasteriensis, Coloniensis, totiusq; Westphaliae, tractusq; vndiq; Rheni Moguntinensis in Hispania, quam adeo graphice describis, videor mihi iam iam hic in partibus nostris sentire. fecit deus, vt vel non omnino deuniat, vel saltem nos secundo sinus. Vogelium de re veterinaria edit. Basiliensis, & Cordaum de vniuersali stirpium historia tibi supposui mus, filiusq; tuus indicauit inquirens, an forte tibi futuri sint, cum forsan alium tibi iamdudum comparaueris; ad vnicum tuum nutum filio tuo tradentur, tibi transmittendi. Ornithogrea nondum sese obtulerunt, nec cessabo tamen vbique exquirere, donec inuenero. me de historicis rerum Italicarum despero, nisi tandem aliquando fidem & diligentiam meam tibi praestare possem. Catalogum tuum meum semper fore vt distincte rite possim, quinam sint, quos iamdudum possides. Ciceronis opera ab Elzevirijs excusa haud ingrate erunt, grauiora tamen multo futura charactere aliquanto grandiori. iconum amisse expecto. Verum est de ordine Episcopali stirpium excisa, quantum fando ad ordines spectat, nondum enim legi: isti amisit Rex: vere proximum est, nos Scotis accensemur, adeo in

331

vtraq; fortuna dominantibus, qui in omnibus Scotizant. nec magnae molis erit antiquum morem abijcere, sed nouum induere. hoc opus, hic labor erit. Deus bonus hoc nobis procuret, amicosq; omnes, amplissimum virum amicamq; candidissimam foelicem, prosperum, saluum & conseruet.

Middelburgi, XVII Octobris MDCXLII

A Monsieur
Monsieur Joan de Laet
demourant
a Leyden.

15 Oct.

1642

Nobilis. Amplis. Doctiss. q. V. D. Johi de Last Mauritius

S. P. D. Gestit animus, amice carissime Literis tuis XI Sept. scriptis subito, vnico calore respon-
dere. Vetus & verum verbum est, facile sperare homines, quae valde volunt, ego
sane pacem etiam quamlibet, inter eos scilicet, quantum possum maxime opto &
expeto, nec dubito tamen omnino sperare fore desperationem possem, ad eo indies nobis
deteriora obtruduntur. turma aliquot equitum sub auspicijs Marchionis Hartfordiæ
propè Shorburnæ castrum Comitis Bristolij, quod contra Parlamentarios tutatur, a
Comite Bedfordiæ profligata sunt, capis 38 plus minus, inter quos aliquot, & audio
viri insignes, abreptis etiam fermè totidem captinis: & (proh dolor) mirito timemus
ne haec omnia nihil aliud sint quam gradus & arra futurorum; nec nitorem spe
omni plane destituimur, dogs fortean magis misori, quia haec quali quali spe
pacis erecti & infirmi hujusce belli intestini tam capti, & quae talia consequuntur
motu abiecti & tantum non exanimatis fluctuat animus, quem alias constantibus
exemplis, vt dixit olim Thrasea moriturus, firmare conaremur, & praeceptis pla-
citisq. sapientiae ex purioribus christianae philosophiae fontibus haustis stabilire &
corroborare. Grata sunt quae nobis, ex epistolis hinc inde tibi missis, exscribere
non omittis; adeo omnium rerum nostrarum satagimus tam diu, portubus insuper
plerumq. obsessis & obstructis, vt vix, ac nobis quidem, ad nos perveniant, quae
in proxima nobis Gallia agitantur. de Lusitano sane rem miram narras, nuper
Pontifices Rom. non ausi sunt contra Hispanum mutire, nec regibus sane legitimis
contra eundem supponire, multo minus huic Braganzino, qui, meo quidem
iudicio, iure haud satis liquido niti videtur, cum sit Parmensis proculdubio
haeres ishiæ regni legitimus: minime mihi placet Gallos finibras suas etiam
dilatare, capto nuper Perpiniano, & nunc denuum Sedano accessere. quantum
retro Romæ, vt olim, nunc etiam limes Galliæ statuatur, Alpes & Pyrenæos, non etiam
tes, vt vides, excessere, nec bella sane spes reliquo orbi christiano, nisi, vt
inquit ille tuus amicus, mortuo bos regi, bos lardi [illegible]. Credo Austriacos satis
focaros fore ab Turcis, ita enim mihi constat ex oris D. Paulo Pindar
Constantinopoli scriptis, quas mihi nuperrime legendas exhibuit. Moisseum
illum portae interpretem vidisti, rogo te, si modo Parisijs prostat, vt etiam mihi
exemplar comparare velles. icon tua mihi perquam grata, nec tamen inex-
pectata supervenit. ni fallant amici, quibus tamen omnino credendum
dum manet lex amicitiae, non debuerunt tibi una cum tuis ad me
literis Orchides aliquot apisferae, quas mones, quamprimum
accepris, vt sine mora terrae committas: ferunt enim non
diu extra terram aetatem prorogare. Salutamus te animitus
& ex corde ipso, tuos, mei omnes, nec non cognatus, vicinusq.
amici domiq. omnes.

Thistelwortha datum XV Sept. CIↃIↃCXLII

332

A Monsieur
Monsieur Joan de Laet

demeurant
a Leiden

15 Septembre 1642

Nobiliss°. Amplissᵒ. Doctissᵒ. q V.D. Jo. de Laet

Joh. Mauritius

S.P.D. Postquam literas tuas posteriores XVI Octobris ad te dederim, occurrit mihi aliud, in quo opera tua perquam libenter vti volim. circumsidemur undiq; hic militibus, nec possum tamen mihi temperare, quin subinde Londinum commeare mihi necesse aut saltem voluptas sit; id quod olim ecinit Lucanus, Ensis habet vires, et gens quicunq; virorum est bella gerit gladijs, hoc eius haud penitus vorum est: arripuimus iamnunc Jouis arma, et igne puro puto vbiq; pugnatur; nec facile hic prestant tormenta illa manualia, qualia equites cataphracti vestri gerunt, nobis horsemens pistolls with firelocks dicta. hoc igitur tuo opere te oratum volim, vt mihi quamprimum comparas paria duo istorum tormentulorum que ex phippijs subnaui solent, optime omnino fabricę et notioris note, quorum pretium filio tuo statim refundam. vix hic inueniuntur, idq; imani pretio. ego aliquot, mihi olim hisce primis motibus ne prorsus inermis essem, comparaui, alterius generis, que nobis muskets dicuntur, quorum singula mihi XXX solidis nostratibus constitere, quotannis vestris forsan [illegible] constabit. Quantum pretio excedunt? Credo te subinde itagam contitare, vbi forsan meliora prostant. tu mutuis omnia nosti, cuius arbitrio hoc, aliaq; omnia mea relinquo. Deus te mihi conseruet, amicæ dulcissᵉ sanum, hospitem, fœlicem, cum tota familia quam diutissime.

333

Stelsoorthæ datum XX Octobris CIↃIↃCXLII

A Monsieur
Monsieur Joan de Laet
domourant a
Leiden. 1.

26 oct.

1642.

11 3
39 1. 13
39. 13
27
61. 13

13 3
36 1. 16

Nobiliss. Ampliss. Doctiss. q; V. D. Johi de Laet J. Mauritius 16

S.P.D. Literas tuas XVI Nouembris scriptis tantispor respondere distuli, vt possim interim de nomenclatura illa numerorum humani corporis lingua Hibernica tibi plene satisfacere. commoni multos Hibernos (est enim vxor mea, vt nosti, ex illa gente oriunda, ita vt multi continuo ad nos diuersorium domum nostram se conferant) quorum plerique linguam prorsus ignorant, adeo altas radices lingua Anglicana etiam in insula illa egerit, vt qui calleant, vix ac ne vix quidem grammatice, orthographice illam scribunt. occurrit mihi tandem vir sane doctus ex ord. Minorum, qui in arce Flebensi (the fleete) captiuus detinetur, quique mihi perquam luculenta satisfecit, tribus q; columnis, vt vocant, rem totam tibi peractam dedit. vocabula Hibernica characteribus illis proprio exaratis, quod non multum abludit a Saxonico, cuius tu sane, pra omnibus aliis, facile peritissimus es. nonnullis tamen in aliquibus titubaret, exoraui fratrem, vt singula vocabula Hibernica etiam Latinis elegantissimis, quantum potis erat, describeret. columna tertia continet vocabula Latina vel Anglica singulis Hibernicis respondentia, eadem q; explanantia. credo me nunquam felicioris successu tibi ingeniisse. Obdurauit fere animus ad nostras calamitates dicam an insanias; neq; tamen tantum mihi philosophici roboris est, vt acerbam cicatricem fere obductam commemorando nimis vrgere. tota fere rabies egenorum & furiosorum militum in nostram Estilworthiam inualuit. ego bona tempestatem festinans cum tota familia, & Libraria praecipua, reliquaq; fere omni supellectile Londini fui. Dum ibi pace agebatur, vt magis securi essemus, rex cum toto exercitu die Saturni, qui erat 12 Nouembris Londinum versus mouit, densissima nebula solem obtegente; sed occurrentibus forte fortuna manipulis aliquot militum parlamentariorum in pago nostri Limitibus proxo Brentford dam remora aliqua iis obiecta est in illis angustijs, vbi tandem regijs vtpote contra paucissimos praecurrentibus vsq; ad Turnham Green proxo Chiswick IV mill. pass. Lond. distante, tandem pernoctarunt, vbi totus exercitus Com. Essexij castrametabatur. sequenti die solis vbi ad manus ventum erat, XVIII tormentis maioribus explosis ex parte parlamentariorum, ingentiq; inde strage secuta, rex cum suis omnibus discessit, nemine insequente, Thamesiq; ad Kingston transmisso Otolandiam petiit, inde Rodingam tandemq; Oxoniam. sed manum de tabula. Deus vos omnesq; nos ab hisce malis conseruet. Salutem ab vxore, nobisq; omnibus

Londini XXIII Nouembris CIↃIↃCXLII

334

A Monsiour
Monsiour Joan de Laet
domourant
a Leiden./.

24 Nov. 8

1642

Nobiliss°. Amplissq. doctiss°. q. v. D. Joh. de Laet J. Mauritius

S. P. D. Gaudeo diligentiam, & studium meum in mandatis tuis procurandis tibi probari; & tandem intelligo te diatribam de origine gentium Americanarum prelo parare, in qua eadem sparta ornanda de-sudavit nuper popularis vester doctiss. Grotius; unde non possum mihi temperare, quin aurem tibi vellam, monendo, ne idem vobis eveniat, quod Homero nup., Salmasioq. video etiam in ista re plane dissentiri, unde cautius tibi pedendum est, & caudendum, ut ne minima quidem umbra amaritudinis in toto tractatu appareat. Gratis novi olim indicium, & candore tuo, ita ut, si D. Grotio eadem fandi mens sit, hocce meo consilio nihil certe opus esset. Utcunq. spero te mihi veniam daturum, & amori in te meo hanc meam καλυκροσσιο-συνην condonaturum: scio enim quam haec via tibi molius & copiosius domi nascuntur. De rebus nostris, quantum ego hactenus video, aut augurari valeo, timere quem spare multo plenius est. articuli quos memoras, nondum maturuerunt, nec fortean adeo crudi futuri sunt, si modo Regii. (De ipso enim, cujus fandem utrinque agitur, melius (puto) ad pacem haud iniqua inclinandum: a prudentioribus enim quid non condonabitur in calamitati publicae & populi saluti, quae olim suprema lex? responsum regis nondum expectari potest, cum articuli isti adhuc haerent penes Optimates, nec ad Domum Communem relati sunt. si una essemus foci & fini arbitro, possem tibi facile totum fili horum tumultuum retexere, causasq. & principia intrinseca nostrarum miseriarum tibi ante oculos ponere. Nihil audio altera de Leopoldi & Ferdinandi Austriacorum dominii captivitate, ut litterae tuae priores mihi insinuarunt: credo nos duas istic tarandos incolumes; nec Austriacos video adeo prostratos esse, quin vires tanquam Anthaeus alter, cito restauraturi sint. miserrima fama confectato foedere habuisse doloris: veteris & sacra pagina, totus mundus in maligno positus est, adeo insanit iam tota fere Europa, nos etiam bellis plus-quam civilibus. Det deus vobis sanniora capita, ne in eadem mala tandem aliquando incurratis. salutibus & meis omnibus

Londini XVIII Decembris CIↃIↃCXLII.

335

A Monsieur
Monsieur Joan de
Laet demourant

a Leidon. /.

Nobilissº Amplissº Doctissº q; V.D. Johi de Laet

Johes Mauritius

S.P.D. Valde solicitus sum de tua, tuorumve salute, quod nihil
ràmchiùs abs te literarum accesserim. Libenter sane credidem negotia
ista Societatis Occidentalis, quæ iam humeris tuis incumbunt, im-
pedimento aliquantulum tibi fuisse, quo minus literis meis vltimis non-
dum respondisti, vel saltem ipsas illas vtriq; nostrum pijsse, aut forsan
tibi haud ita gratas fuisse, qd nihil rerum, quæ hic aguntur in-
terserere iucunda augúe sim. Vidi nuper D. Douzam, in cuius ad te
literis non eodem sit modo de suspicionibus circa scribi de deuinciri
passeam, quin omnia forme quæ hic geruntur tibi pscribat: sed cui
non finimus eiusdem corporis homines, non eadem nobis rabies est. Ego
aliquotiès nimis prope ad fumi ignem, ex more animi candore, aliqua-
tenus q; lingua libertate (non omnis istorum hominum sum, de quibus
Siracides sic loquitur: in corde autem sapientum est os ipsorum)
unde fortean plus quam par est vehementer tuendo. nec vereor, si
quæ sunt alia, omnia potius admittere, quam de vestri, tuo erga me amore
aliquid simistri suspicari. de pace hic, animisq; tandem vtriq; nimium
quantum exacerbatis concitandis (nosti illud Senece, quanta rabies ori-
tur, vbi supra modum odia creuerunt?) quid agant Galli, quidnam vel
Legati vestri, vel tandem Scoti acturi sint, iuxta nouimus. pacem
certe desideramus omnes, nisi forte militiam proferri, de quibus
nulla omnino nisi rebus turbatis spes est. attamen, vt mine res sunt,
ego sane non plane despero. Scoti, vt mihi equidem videtur, pacem
non penitus spretum ibunt: nostriq; Batauogi fere omnes ita
animati sunt, vt nihil facile negaturi sint, quod illis alluberet.
unde pacem forsan aliquam, regi, suisq; maximam partem satis
proinis, dolorem et exasperationem nobis tandem aliquando dabunt.
Exijt nuper in dias hominis oras libellus vernaculus elegantissimus
nescio cuius M.D. non tamen huius Collegij Londinensis, sed qui mei degit
Ipswici, vt memini, vel saltem Norwici, et nomen Browne. in hunc
librum statim diatribam sub titulo Observationum emisit ex isto suo
carcere Southwarciensi propè ripam Tamesis D. Kemelmus Digbeius
quos vtrosq; tibi nunc mitto. ea quia videor te comparatione linguarum
exoticarum delectari simul etiam mitto alium de lingua, moribus
ritibusq; aliquot Americanorum, qui tractum illum incolunt qui nobis
Noua Anglia dicitur. vix illum tibi comparare potui, cum ita mi-
ser, vt vides, compactum: author enim plurosq; tibi suis impensis ex-
cudi voluit, vt eos in nouum istum mundum transmitteret. accedit
etiam [illegible] una cum hisce meis literis ad te D. Parkinsoni optimi senis,
nescio quid abs te postulat, tute videris. saluta mihi nomine filium
meum una cum vxore. Deus O.M. te tuosq; omnes diu seruet. 336

Londini xii Febr. 1633

336

1643

12 februarij

A Monsieur

Monsieur Jean de

Laet domourant

a Leiden. 1.

Nobilissº Amplissº Doctissº q3 V. D. Joh. de Laet J. Mauritius

S.P.D. Dudi ad te nuperrime literas; quibus vix tandem D. Cruzonio traditis reddita sunt mihi tua xv Februarij scripta, ex quibus, preter quam quod cognoverim de tua salute, quod mihi nunquam non gratum, et de qua etiam pene desperaram, ob diutinum tuum silentium, vidi vtrasq; nostras interceptas esse. de tuis sane doleo, meas autem perijsse parum refert, nisi ne in alienas manus perenerint, vt periculum postea mihi crearent. quæ res sane mihi scripturienti sat ab aure vellit, vt cautius in dictam, quotiès aliquid chartis n- daturus sum, singula verba librando, ponderandoq;, ne latear aliquid, quod in deteriorem partem pervorti et detorqueri possit. notauit olim Londa, vt nosti, voces aliquot quandoq; excidere peregrinum redituras. non equidem miror pauca ad te sinceræ de rebus nostris adferri; adeo inualuit, vigetq; quotidie partium studium, quo veritas inficitur, nec, vt verius dicam, plane interficitur. at qui de rebus hisce recte iudicaturus est, oportet vt sit a partium studio omnino immunis, quis, plane nemo. nosti illud philosophorum de organis sensuum &c. Sunt aliqui forsan inter nos, qui neutri parti ita addicti sunt, quin veram veritati magis litandum iudicent; sed vix tales se profiteri audent, adeo vtrisq; inuisi sunt. illud solemis omnibus hic arridet; præ quo ille alter plane sordet, qui pactam profitebatur, se pro suis habiturum, qui contra se in acie haud stetterint. vt res nunc sunt, haud omnino despero. Legati vestri diutius Oxonij hæserunt, quo maior nobis spes est, aliquid inde boni nobis extundi posse, sint nunc omnia etiam pene nos sinceri, nec plus prænalebat ratio illa status, quam vocant, quam vera inficeatq; virtus et religio. omnia certe, quantum ego perspicere possum, illis valde opportuna futura sunt. a Scotis enim aliqd boni expectandi multa mihi causa sunt. plebs etiam omnis maximo pere pacem amplectatur, nec ab ea regij, vt verisimile est, abhorrent; victoriam enim vix sani sperare vnquam possunt, præsertim vt res nunc vergunt. sperabo etiam contra spem D. O. M. hanc vobis coronam reformasse, quam nuper gentium nunc potentissima deposuit, vt sibi vtrinq; gloriosi. quid enim aliud vobis restat, post tot trophæa et triumphos bellicos ab hoste potentissº. repertatos, quam vt nunc pacis arbitri de gente haud plane ingloria, vt de vobis olim bene meritæ, etiam vos iam tandem bene mereri possitis, et par pari referre? de pace certe aliquid nuper tentatum est per literas Comitis Forthi regiani copiam Ducis ad Comitem Essexia scriptas: sed nulla pars mentione facta, res frustra fuit. mussitatur etiamnum rumor quid de Comite Dorsettensi et Barone de Dunmore cum legatis vestris Londinum venturis ad pacem promouendam. Gaudeo D. Salmasium ad vos nunc tandem redisse, magis gauderem, si vobis amicis communibus contingeret amicitiam inter ipsum et D. Hoffmium, veram et infucatam redintegrare. nihil audiunt Bibliopolæ nostri de responsorio 337 Grotij, valde mihi displicet. adeo aculeatum prodijsse. alias certe vos inter vos modeste et sobrie altercari haud inutile nobis esset. aliquid enim haud dubie in ordine ad veritatem ex talibus digladiationibus resp. literaria prouenire

337

Salue amice dulcissº cum filio tuo, omnibus tuis, et nostris.

Londini xxvi Februarij cIↃIↃCxLIII

A Monsieur
Monsieur Jean de Laet
demeurant a
t' gr.d inst Latijn
Leiden. 1. 3

Nobiliss. Ampliss. Doctissimoq; Viro D. Johi
de Last Johes Mauritius

S.P.D. Ego etiam, vt par pari referrem, aliquand in distuli
Literis tuis v Aprilis scriptis respondere: sed certe, vt
verum tibi fatear, non prorsus id ex vindicta pro-
cessit; alia sunt quam multa, quæ me premunt, et
inutilem plane reddunt quibuscunque humanæ
vitæ officijs: publica res agitur, quæ omnes omnino
caritates alias facile superat, adeoque præualuere
turbida, vel, vt mollius dicam, fœrnida consilia,
vt iam in manu fortunæ positum, sit an mat necne
funditus omnis hæc qualiscunque politeia a ma-
ioribus olim addo prudenter, nec sine cæde et san-
guine constituta, vel stabilita. Dum hæc scribo Rod-
dinga a Comite Essexio oppugnatur, oppidum satis
munitum, v militibus, vt credo, strenuis refertum,
Duce Arturo Astono Eq. aur. bellis Suecicis, Polonicis
vel Germanicis, a teneris unguiculis inmutrito, rei q;
militaris, si quis alius, peritissimo. Sed neque hic
sibi satisfacit fortuna mea aduersa, fatumque
malignum; alia sunt quæ mihi incumbunt, et pro-
ximius urgent, vtcunque res cesserint, si bello rabi-
osa fœmina, mihi sane, morsque vxori, liberisque infe-
licissimis tandem vel semel perendum est. in sub-
sidium belli, præter vicesimam, vt vocant, plusquam
alterum partem redituum meorum extorquent,
cetoris omnibus extra Londinum positis vix con-
tesimam contribuentibus: et quamdiu expectandum
credis, vt iniquum illud Taciti contra singulos vti-
litate publica respondeatur? nec hæc fortunarum
omnium eversio millesima pars est miseriarum,
quæ ob oculos nobis obuersantur. infelix Anglia!
felicia olim orbis christiani, asylum pacis et tran-
quillitatis, quam misere nunc distracta iaces, paucorum
hominum, an stipitum dicam, stultitia vel potius in-
sania? dolendum sane, quod plus potest, vnius et

ACADEMIA LUGDUNO BATAVA

Albonius hominum male feriatorum nequitiæ et inscitiæ, quam
aliorum omnium prudentiæ ac probitati. Nos banos timore-
iam defuimus; fremunt omnes ordines regni subsidium con-
tra Parlamentum omnino denegasse. Sed nihil fando fando
et rumoribus credendum, vix aliquid nouorum sincere
referetur, in crassissimis tenebris hic degitur, omnia
hæc forsan vobis magis liquent. Quid sparsim vel me-
tuam de hisce tumultibus, furoribus quæ, plane nescio,
nec quod scio, chartis illinere audeo. Ego tamen nuper
filio tuo sensum animumque meum familiari congressu
explicui, idque forsan nimis libere, ac tamen lubentius,
quod mallem te literis meis, potius quam meis de omni re
certiorem fieri. Vellem vt vna cremamur paulisper, vt
posset animus meus metempsychosi quadam Pythagorica
in te transire. Nec tamen curæ hæ tantopere vrgent,
vt possim me a libris penitus abstrahere, a quibus
tantum abest vt abhorream, vt inde potius nescio quam
miseram consolationem petam, Vinderim tamen a
libris prorsus imparatus sum, bibliotheca mea iamdudum
alio amandata, cum primum proscriptionem fore Syllanæ
aut triumviralem haud immerito metuerem; tantum
non perij, nec omnino liber quasi, ardo fumum fugiens
in ignem incidi; et ea iam sunt tempora, vt homines
potius, vt nequeam tandem cum poeta exclamare,
O passi graviora, dabit deus his quoque finem. Sed
tamen, vt possim horulas aliquot fastidiosiores eludere,
cogor subinde libros aliquot a bibliopolis mutuo poscere,
et etiam hisce angustiis obsoletis non cesso, ob hanc libro-
rum inopiam, aliqua certe, qualia qualia, tanquam ava-
rus ex ipsius ingenij visceribus extundere, nugas scan-
dras, gerras quæ germanas, sed quæ tamen do tandem
vt me mihi interim surripiam, curis hisce, omnibus qua
animum meum liberando, tempus quod si non cum vo-
luptate aliqua, quæ prorsus ab oris nostris aufugit, at
saltem sine fastidio fallendo. Islandica igitur per quam
libenter videbem, præcipue si non deorum sint, quæ olim
edidit nescio quis Arngrimus sonas. Vereor me monumi

Illa tamen Olai Wormij Hafniæ forsan bot Sora sua
excusa in Belgio vestro vix prostant, alias quidem
mihi accessissent, verumque Maiestas subito redituras.
Salutes tibi præmissa, oro vicissimque Deum O. M. ut
te cum tuis omnibus salvum, sanum, florentemque quo-
quam diutissime conservet.

339

Londini XXII Aprilis DCXLIII.

Nobiliss.° Amplissimo Doctiss.° q.r V.D. Johi de
Laet Johes Mauritius

41

S.P.D. Acceptis literis tuis xix Maij scriptis gauisus sum te non solum
bene valere, sed etiam tantum tibi otij ab rebus tuis superesse,
vt ad eo subito arrepto calamo mihi respondere haud dubitaris.
vrgent nos vndiq; mala inextricabilia, quorum exitum faustum,
felicemq; no sperare, nedum videre possumus. in deo solo spes
nostra sita est, qui suauiter, vt solet, omnia disponens, dabit in-
sperato forsan his quoq; finem. adeo vbere insanimus omnes, vt
vana sint equidem humana auxilia quacunque, cum qui plu-
rimum possunt, a pace & concordia plane abhorreant; prudentes
vero & pacifici contempti iacent, prorsus q; neglecti; adeo, vt quæ
inde secutura sunt mala, haud difficile sit diuinare etiam sine
tripode. Ita est sane, abijt ad plures Rex Gallorum, vnde tu-
multus certe funestissimos haud immerito expectare possumus;
nisi obstet obseruatio illa nupera Italorum, prudentes nempe
omnes Hispanos, & fatuos Gallos iam pridem obijsse (cessor morti
tutti i pazzi francesi, e tutti i sauij Spagnuoli) Accepimus nupe
Gallos ingentem victoriam ab Hispanis reportasse haud longe
a finibus Picardiæ. Danunque aiunt cum ista sua classe et ex-
ercitu Hamburgenses potius quam nos cogitare, quod mihi equi-
dem haud adeo probabile; est enim vrbs situ & operibus munitissima,
vix quæ sine insidijs & proditione expugnabilis: ad nos sane nostrosq;
hostes tumultus, et dissensiones magis respicere mihi videtur, vbi
omnia magis prona, factuque facilia. sed hæc omnia in manu dei,
cui nos, nostraque omnia lubentissime subiacere æquum est. Victoriam
illam nuperam Cornubiensium contra Parlamentarios ferunt
nunc omnes haud sine fraude & proditione iunioris Chudleij,
qui priorem victoriam adeo miraculosam contra D. Rad. Hoptonum
reportauerat, quoque contrariarum partium dux equitatus, de
industria abductus est; nescio quot millibus passuum a reliquo
exercitu, vt victoriam facilem et incruentam hostibus traderet,
quem olim a patre D. Georgio Chudleio eq. aur. qui in eodem ex-
ercitu inter primarios duces fuit, seductum aiunt, vt proditionem
istam moliretur. filius, quem captum audiuimus, in exercitu
hostium ordines iam ducit; patergue a Parlamentarijs carcer
mancipatur. hæc habent literæ Donationes recentiores. literas
etiam accepimus nouissimas, proloquendo scriptas a Ferdinando
Barone Fairfaxio partium duce in tractu Eboracensi de insigni
victoria contra regios reportata, Wakefield oppido celebri, satisque
munito capto, vna cum Seimore Goringo, aliisq; egregijs Ducibus,

340

LUGDUNO-BATAVA ACADEMIA RHENO

Tribunisque. quæ omnia nihil ad pacem, sed omnino magis exasperant animos iamdudum immane quantum exulceratos, & sanioris, quibus res publica magis cura est, etiam in partes trahunt. Sit deus nobis adiutor, pacemque tandem aliquando procuret, fiat, fiat. regnam ipsam nunc domum proditionis mussitarunt. Ordines regni, interque alios articulos, hoc etiam obijciunt, quod Nuncios, Bullas, Agnos dei, & nescio quæ alia a Pont. Rom. acceperit, quæ singula legibus nostris priuatis sane Capitalia. de sigillo maiore etiam litigant. Optimates vix conferturos credunt. de Synodo hinc spes, hinc metus est. verum prudentiores nos, præualente nimis elero, nimis obnoxij futuri timus vel superbiæ Ecclesiasticorum, potentiæque pauperum arbitrariæ, quam tantopere in Rege abhorremus, vt ad illam vitandam omnia alia mala, bellum ciuile minimum quantum abominandi acerbissima necessitate fortitor sane, nescio quam prudenter subierimus. vir doctus, inter Europæ doctissimos [illegible] Lambquam nominare [illegible] mihi [illegible] priuatas confabulationes, & arma ista spiritualia Synodumque magis metuebat, quam vtrumque exercitum. de certo haud vanus est timor sed qui cadere potest in virum fortem, ni laici etiam in Concistorium istud admittantur, quod in Ecclesijs fere omnibus reformatis fieri arbitror, de qua re, quantum ad Ecclesias Gallicas spectat, ipse sententiam meam quæsiuit, quam ego nihil hæsitans affirmatiue dedi, vt et in alijs Ecclesijs fieri videmus, sectorum nempe, nec alia via inueniri, quantum scio, in vestro Belgio. vellemus vterque quam lubenter, vt, si tantum tibi abesse tua otij sit, proximis tuis ad me literis, de tota re nos certiores facias, omnemque hunc scrupulum nobis prorsus eximas, non desunt enim inter senatores istos, qui id prorsus negarint, & ortum in Ecclesijs Gallicis. gratias ago tibi quantum possum maximas, quod, etiam inuidijs istis tuis grauissimis et difficillimis occupationibus, me tamen literis tuis gratissimis suauissimisque consolari dignatus sis. idem a te iam breui expecto, perque quod Synodus hæc nostra felicem exitum inuenta inceptumque sit. vxor tua cum tuis omnibus faustum, felicem florentemque diu conservet, quod et votum est vtrinsque nostrum, totiusque familiæ.

Datum Londini prop[rid]ie Cal. Iunij CIↃIↃCXLIII

Nobilissº. Amplissº. Doctissº. q. V. D. Johi de J. Mauritius

S. P. D. Haud scio an mihi adeo facile veniam daturus fis, qui tandiu literis tuis XVI Junij scriptis respondere distulerim; nec quidquid causari possim, cur scriptione hactenus abstinuerim, præter nescio quam animi morositatem, & inertiam, quæ me prorsus ab omnibus qualibuscunq negotijs, hisce temporibus turbulentissimis absterrent. agnosco culpam, eoq maiorem, quo te confitebor, quod tu nuper ultimis mois tam cito respondisti. Gratu fecisti mihi, ornatissimoq Viro vtriusq nostrum amico D. Soldeno, quod tam ample, nec minus emendate ad omnia respondisti. in tempore etiam, & perquam opportune reddite mihi sunt literæ tuæ, scilicet aliquot dies ante primam possessionem Senatus Ecclesiastici. ex ista tua levcubratiuncula confido aliquid operæ pretium ecclesiæ nostræ afflictissimæ reipublicæ haud minus accessurum. certe D. Soldenus totam statim suis vsibus transcripsit. istis filiæ tuæ nuptijs congratulor ex intimo corde, precorq Deum O. M. propitium, teq intra annum illinc etiam avum vocabo. res nostræ hic satis perplexæ sunt, paucaq tandem sperare haud sine demontia fuerit. credo vos omnia certius scire, quæ hic agantur quam nosmetipsos, ita varij & incerti rumores spargentur. vtra vtra pars vincerit, moderati omnes certe plectimur: a Deo solius manu medicina horum malorum exspectanda. Det illo vt corda eorum tandem emolliantur, qui orbem nostrum digito temperant, ne nobis in hisce malis omnino succumbendum sit. in rebus tam calamitosis non possum plura præ gemitibus, cordisq amaritudine: me mihi scitio verbas quod tam breuis sim, breuior fortean futurus, ni obstarent hæc animi mœstitia. Det deus meliora, vt et ego plenora. Salutamus te ab imo corde D. Soldenus, ipse mœstus vxorq, quæ etiam curam mihi subinde tollit, vt aliquid agitem. & libro isto suo quem olim ad te miseram compingendum.

Dabam Istleworthæ XIII Julij CIↃIↃCXLIII

341

A Monsiour
Monsiour Joan de Last
domurant a
Loidon. /.

Nobilissº Amplissº Doctissº q; V. D. Joh. de Laet Johes Mauritius

S.P.D. Recreaunt me aliquantulum litera tua XXVIII Sept. scripta. est enim quædam, vt nosti, etiam in dolore voluptas; qua insuper mirifice interdiu, cum videamus amicos nobiscum condolere: ac si vellent partem oneris, quod nobis incumbit, libenter subire. recte indicas, valde difficilé futurum nostrarum miseriarum exitum. an Galli idonei arbitri ad hosce motus sedandos futuri sint dubitas. Ego equidem nihil boni ab illis expecto, nisi id etiam ipsis satis contrahibile sit. ita sane se gerunt nuperi isti politici ex illo Italiæ angulo; apud quos nihil omnino valet æquum bonumq;, ne ipsa quidem totus virtutum chorus, ni etiam interdiu nescio qua ratio status, vt vocant. videamus igitur an non Gallis contingat, vt nunc res sunt, has inter nos turbas tandem sufflaminari. vincant Ordines regni, qui, ni profuderint nummi, satis alias ad omnia parati sunt, actum putant de regia potestate, dum nescio quam Aristocratiam, aut saltem Democratiam somniant: quam rem horrent Principes, etiam in alio orbe euenturam. exemplum late patet, idq; sæpe monet, quos non tangit. operatur etiam fama. si vincat rex, ita vt postilla nullis omnino legibus obnoxius sit, minus sane potens vicinus futurus est. Ego iuxta tecum sentio neminem hisce tumultibus nostris compendijs magis idoneum, quam Ordines vestros, modo id Principi Auraico cordi fuisset: nec tempus omnino prætereisse puto. sed nobis non licuit esse tam beatos. manum tandem de tabula; quid enim ego hæc tibi blatero, graculus inter olores? de opusculo isto tuo gratum est. reliquos, simul accepero, amicis, quos nominas, perferendos curabo, modo ne mei sit d. d'Ewijns. te tuosq; omnes plurimum saluere opto, inter quos d. Samuelem cum noua nupta: de quibus, nondum de sponsa abita, nihil mihi innotuit, donec nuperrime obuius mihi factus d. Cruzo in Aula Westmonasteriensi me certiorem de omnibus fecerit. omnia illis tibique fausta bonaq. Vale amice dulcissº

Londini ipsis kal. Octobr. CIↃIↃCXLIII

342

A Monsieur

Monsieur Joan de Laet

demeurant a

Leidon. /.

Nobilissº Amplissº Doctissºq; V.D. Johi de Laet Jo. Mauritius 44

S.P.D. Enimuero verebar ne aliquot tuæ literæ vtrisq; nostrum domo perdrint; neq; id tantum mihi suboluit ex diutino (vere dixeram contumaci) tuo silentio, quam quod perspexerim ex literis tuis, quas ad D. d'Ewes nuper dedisti, priores tuas ad eum, quas amico cuidam tradidisti, nondum redditas esse. vnde sane suspicabar eandem mihi sortem subeundam esse. sed nunc tandem hunc mihi scrupulum exemerunt literæ tuæ exoptatissimæ, nisi quod simul veraltum et luctuosissimum de obitu filiæ tuæ lectissimæ fœminæ, moribusq; tibi dilectissæ nuncium attulerunt. præclare sane Mnemographus olim, Homo toties moritur quoties amittit suos. attamen gratulor tibi istud tuum tam firmum pectus, quo possis tam diros fortunæ casus tanta patientia, tantoq; mentis robore concoquere, animumq; securus ad pristina tua studia Theologica, veram animæ pabulum, et medicinam, tanquam ad anchoram sacram confugere. macte, sodes, ista tua virtute. Gaudeo etiam te D. d'Ewes tandem satisfecisse, iustaq; veræ sortis, satis tuis esse amicum qualemcunq; retinere, etiam cum periculo aliquantulo propriæ libertatis, sit modo intra modum, vt non tam pusillanimitati, quam urbanitati tribuendum sit. multa sæpe fribuscula amicorum morositati condonanda sunt, multaq; alia mihi foro offerunt, quæ tua tibi philosophia molius suppeditat. vix credo illum de literarum suarum editione cogitare; vtcunq; sane non de alienarum, quod haud multum distat a plagio. vidi aliquoties volumen satis grande literarum suarum ad Princ. Electorem Pal. diarium plane huiusce part. quod olim Logicæ inuabit, ex ioris præcipue quibus res nostra magis ignota. de stylo haud arbitror eum ipsum tam præclare sentire, vt in lucem eas aliquando emittere velit, cum vix, ac ne vix quidem, respondeat Latinitati priscæ. ceu observasti, nullus dubito, nos Anglos semidoctos Anglicismos raro effugere posse. io triumphe, aliquando iam spes pacis nobis refulget, et, nisi Sabini quicquid volent somniant, haud penitus despero. vtraq; pars iam plane fatisfecit, et de modo nunc, methodoq;, loco, tempore, personis, rebusq; aliis, quæ ad veram, solidamq; pacem conficiendam conducunt, conuenit. sperat quidem animus, vt inquit Comicus, quo audiat, deo in manu est. fecit ille, vt vota nostra tandem exaudiat. imane quantum plectuntur Achini. Hathami filius, pater, inuerso naturæ ordine colla securi subiecerat; filius ipsis mox Kalendis Ianuarij, pater, postridie. D. Alexander Caricæ Baronettus nos paulo ante præcesserat, sodomq; mortis genus. idem Archipræsuli Cantuariensi breui subeundum est. sententiæ iam diu in dum prolatæ a domo Communium magnates nuperrime consensere vnanimiter. vnde ille spe reliqua vndiq; profligata libellum supplicem ijs exhibuit, vt volunt sententiæ horrenda, vt nos ait mitigarent. quod optimates alteri confessui significarunt; infelici plane successu. postridie vero, octauo scilicet huius mensis, cum idem ipse libellum idem supplex ab ijsdem petijsset, haud grauate assensum est. deinde eosdem humiliter obsecrauit, vt liceret ei cum quibusdam suis Dom. trium 5. Th. Doctore Sterne, Hayward, et Martin, consolationis, animæq; salutis ergo congredi. assensum est libenter et

343

Primus eum comuenisti una cum D. Marshallo et D. Palmer, qui solus prouinciam subijt, alter enim vt mihi bene significauit, bonum, ne si ipse adesset, insulta re non videretur, sedog spectaculo caui hominis olim inuisi oculos pascere, quod sanè modestiam et charitatem antiquorum temporum mihi redolere videtur, mitto tibi Diarium Archiepiscopi ita huc missum, alias certe adeo nunqua cogitarem, addo insulsum, puerile, ridiculu. Sed reprimo me. Vbi enim in eo possis videre aut videre suauiter fatuitatem hominis, et lubidinaginem humanarum, quod tali homuncio orbem hunc nostrum digito temperauit. mitto etiam alium eiusdem farinæ, vt dum rideas, etiam videre ne cesses, vitam scilicet ff. Burtoni diuini verbi præconis a seipso etiam scriptam et omissam, qui nitio huius part. una cum duobus collegis D. Primo, et D. Bastwick M.D. quandoque introijt, et de tota tribu hierarchica triumphauit, vbi etiam mira et nouæ somnia, vt vere dicere possis, vita hominis somnium. ego facile tibi concedo rim, nihil tam fœdum et horrendu cogitari posse, quod non alicubi perpetratum sit apud nos. at certe adhuc non adeo seuitam est. ita sane prostat plorunq; Beda Saxonicus, vt dicis. leges illæ antiquæ seorsim in publicum prodibunt cura et sumptibus D. Reg. Twisden eq. aur. in ædibus Lambethanis iam diu captiui ob nescio quas maligitates. ego me gratum tibi facturu credidi, si eas etiam mitterem, tali enim forma nunquam exacta sunt. etia me multum angit, quod versionem veterem repudiauit. de alijs eiusdem generis puerilia posse est, inter arma enim silent Musæ. de Spelmanno nostro seniore vide memoriam tibi labascere, quarto enim abhinc anno decessit Londini, et Westmonasterij sepultus iacet. inter alios præcones et theologos, quod etiam scire mihi tibi hunc temporis scriptores. filius natu maximus aliquot abhinc menses Oxonij morbo Epidemico morbum obijt. eodem furia bellica furiatum Venerabilis Vsherij adhuc moratur. ipse toto hoc tempore bellj Oxonij hæsit, unde hic nihil audit. doctrinam nec vitam nihil moratur. nunquo noster non fit. accepi libros quos misisti. Salutabis Doniam a me meosq; omnibus una cum filio Samuele amico meo vetere, et puello. Vale

Londini 10. Januarij 1644 quo die mortuus est Archiepiscopus. et credo sane, me posse tuto tibi dicere vixit.

A Monsieur

Monsieur Jean de Laet

demeurant a

Leiden .1.

Nobiliss. Amplissq. Doctiss. q. V. D. Joh. de Last 45
Joh. Meurisius

S. P. D. Nescio an verum sit, quod de D. Primo scribis, mihi certa in ambitu mortis
alterius satis constat D. Joh. Clotworthy eq. aur. et D. Nicolaium Strudy
ex domo communium morti diris publice interfuisse, quasi miseria hominis
ipsis olim inquisitoribus pascere voluissent. hic certa crimina contra eum
a domo communium obiecta coram optimatibus acriter persecutus est. Utrius
factum parum humanum visum est, virisq. cordatis palam improbatum
Audio etiam D. Burtonum, cuius vitam tibi misi, illum in carcere, pau-
cis ante mortem diebus, impudenter inquisisse. ita equidem se
gessit miselius in tota antacta vita scena, ut nulla quotidie fiant in
hac vera christiana rep. quae impense damnarunt philosophi ethi-
nicorum, certa humanitatem parum sapere videntur. haud pauci
sunt inter quos et Burtonus ille, qui libellos satis mordaces odiderunt
contra eos qui ipse in pugnato iam morti propinquus ad populi con-
cionabatur, etiam nonnemo in ipso suggestu coram populo omnia diris
ultima verba refutarint. annon hoc aliud est quam Larvarum more
cum mortuis luctari? Synagogae in documenta criminum diris, quae per-
misit D. Primus nuper periit, quam simul mitto, reliqua suo tempore
sequentur. Spero me olim opera D. Rad. Whitfoldi eq. aur. et Marcapiros
generi opera diris aliquot ex torquem posse, sinerint modo hae tur-
bulentissima tempora, magis parum amica. filius etiam scripsit vitam
Alfredi regis nostri diomata plane lucculenter, quam olim perlegi,
me vellem sane inter tineas et blattas, vel quod idem est in
manibus hominum ἀχρεῖος, penitus negligi et tandem perire. miror
Doctiss. Vestrum bonas horas consumpsisse in scriptore forsan tam ignobili
video enim Salmasio vestro γνωσιγραφον consori, utemque tamen nobi-
ipsa a viro adeo docto, et antiquitatum ecclesiasticarum scientissimo
Doctis omnibus allubescant. etiam ipse Primus videtur sententiam Sal-
masij confirmare coniecturis, et rationibus quibusdam, ut mihi indi-
D. Patricius Junius, qui notas ipsas iamdudum perlegerat. Legatum
Suecicum ad Parl. venisse omnino constat, nauseq. posceisse, et
nihilq. vicissim obtulisse, ut audivi, sed aliud forsan est, qd in ob-
scuro latet. Pontificem nonum Hispanis proponi rerum esse haud ambigo,
quid enim aliud agerent ex ratione status, nisi ut in tabellioni adhaere-
ret, quod et nobis forte magis conveniret, ut res iam fluunt, si modo
canonibus et theorematibus politicorum insistere volimus. nosti
alias ex omni historiarum et studiorum genere mihi delectari. cupio
proinde igitur a te, ut mihi quamprimum transmittas curas Britannicam
Elseviers Palatinae, quae mihi praeter historica illa, quae tangit, satis
exoptata, ab autore etiam mihi commendatur. idem enim est, ni fallor, et

345

Certe vix fallor, qui olim edidit idiomate gallico vitam Christofori Baronis a Donau principis vestri affinis, suppose itidem nomine illud Balsaci nondum ad nos transvolavit. frigent enim hic Bibliopolie, regnante iam Bellona. vidimus hic nupor historiam gallice scriptam res gestas complectentem a morte H. 4. ad annum hinc seculi vicesimum sextum sed exemplaria omnia subito diuendita sunt. videntur mihi apud vos excusa fuisse. de tragedie nostra haud vani sunt rumores, ita sunt plerumq; homines, ubi semel fines transiliorint in abruptum et precipitia itur. si qui sunt interim proborum et moderatorum hominum, expectant quid tandem Synodus decreverit, ut modus sistatur scabiei hinc et prurigini dogmatizantium. sed vix meliora spero, adeo penitus depravata sunt hominum indicia, superiorum temporum indulgentia, et disciplinae relaxatione, et nimia magistratuum connivantia. de secta illa Scepticorum, quam memoras, nihil mihi hactenus, nisi ex te auditum est. forsan sunt, qui hic independentes dicuntur, pares quos quot ecclesia, tot plane resp. ecclesiastica sunt, ita ut hoc classibus, hoc Synodis subesse velint, unde ijs nomen ritus impositum: qui etiam in dogmatibus vix sibi constant adhuc, nondum sibi constituerunt regulam ita ut Scepti plane nobis appareant. horum quinq; decim, aut plures forsan in hoc Theologorum comitatu sunt, qui acriter pro partibus digladiando multum negotij reliquis facessernt, immanemq; remorantur concordiae, pacisq; ecclesiae exhibuerunt. de pace non omnino desperamus commendant iam Vxbrigia de religione reformanda primo loco, dein de militia tam pertinaciter utrinq; olim controversa acturi. videntur mihi regij pacem serio optare, nec sane nostros abunde bello spero. det deus modo bonum exitum conatibus nostris, tibiq; tua cum tuis omnibus salutem integerrimam. vale amice dulcissime.

Londini IV febr. CIↃIↃCXLIV.

A Monsiour

Monsiour Joan de Laet

demeurant a

Leidon.

Nobilissº Amplissº Doctissº q; V. D. Johi
de Last Johes Mauritius

S. P. D. Nihil dicam de diligentia mea in mandatis tuis exequendis. Primum, vt
nunc sunt tempora, D. Soldanus non est ubilibet compellandus. Itaque
orte tua causa facile assensus est, quam primum mihi obviam factus
est, professus etiam se olim D. Boswellio idem promisisse. mitto iam
librum, vti iubes, D. Crayoni, tibi quam primum transmittendum. nihil
opus est, vt eius curam tibi commendem. satis nosti valorem istius modi
Cod. m. s: verbum non amplius addam, vt nunc instant mihi nego-
tia varia. Deum precor vt te cum tuis omnibus incolumem diu servet.

Lond. v Martij CIↃIↃCXLIV.

A Monsieur

Monsieur Joan de Last

demeurant a

Leiden. /.

Nobiliss. Amplissq. doctissq. q. V. D. Johi de Last Joh. Mauritius

S. P. D. Vereor ne mihi iamdudum vitio vertoris, quod nondum aliquid literarum ad te dederim, cum tantum temporis interlapsum sit, ex quo postrema hue ad me data sunt. Vin causam? mihi plane perierunt, incuria fermi nepotis mei, filij scilicet istius mei sororis quam olim nosti. distuli ideo ad hactenus ad te scribere, opperiens scilicet literas istas tandem inventas iri; sed iam plane despero. oro te igitur, si modo exemplar literarum quas scribis penes te servas, ut tuas mihi describi itenum cures, preterquam enim quod nolim abs te aliquid mihi unquam perire, accepi nuper tria exemplaria diatriba tua de origine gentium Americanarum amicis quibusdam forsitan distribuenda; sed nescio quibus, nisi tu porro indicas. nihil hic novorum. omnia dedum modo procedunt. in certum et arma spiramq omnes, pacis tractatus, quam longa progredientur nescio quo malo fato quorumvis culpa. nos certe tot literarum pardutas interea mi= sere plectimur, culpamq alienam immerentes luimus. audio abs te audire, quid vos exteri de hisce nostris malis sentiatis. illis sane quorum haud tantum interest quid ouenturum sit plerumque sin= cerius indicant. ego certe quid sentiam haud multum refert, nec parum mihi dolet, quod quicquid id tandem sit, vix ausim profere, no= bisque et suspiciones meas in sinum amici tam benevoli effundere. Lingua fidei non est ultra narrabile quicquam, ut olim cecinit poeta= rum ingeniosissimus. fecit Deus ut hisce tandem tumultibus faustum felicemque exitum nobis concedat. Vale amice dulcissime cum tota familia.

Londino ipsis kal Junij CIↃIↃCXLIV

ACADEMIA TRAIECTINA

340

A Monsieur
Monsieur Jean de Last
demeurant a

Leiden

Nobilissº Amplissº Doctissºq; v. D. Johi
de Laet Johes Mauritius

S.P.D. Ista sane est; nosti iam veram causam silentij tam diutini, quod
literas tuas non plane desperditas fore sperandum; quarum sane non
ita huius iactura est, vt scribis: nihil enim mihi non carissimum
quod ab te proficit, sepeq; otiosas horas summa cum voluptate fallo,
literas tuas veteres revolvendo. nec vacavit mihi ad tuas vii Julij
scriptas citius respondere, febricula nuper levitato, quae me loctο
affixit, nec nisi vena secta, dieta tenuissima, aliquotq; clystε-
ribus illam expugnare potui; comodumq; mihi accidebat, quod Excε-
llentiss. Maurinus, eo ipso tempore, quo aegrotare capi, a regina re-
vocatus sit: iamq; plane convalescere me sentio, sed vaudum pedem
domo extuli. ego diatribas istas tuas ebuijs vltis excepi, avideque
devorare cupiebam. quid enim aliud prima facie suspicari potui, quam
esse rescriptum tuum ad respons. H. Grotij, quod nomini te nuperis
huius ad me promittere? sed vidi tandem ipsissimas esse, quas a te
iamdudum accepi, quarumq; exemplaria duo D. Soldeno, et D.
de Ewes, tuo iussu tradidi. suam D. te vene reservabo, dabeque
cum deus di meliorem mentem dederit. est enim vnus malignorum,
vt ita Anglizare iam licuit, hominumq; semel elapsum est, ex quo
urbem reliquit, regemq; sequitur. gaudeo libellum istum de lingua
Noua-Anglicana tibi ad gustum fuisse, dum hac scribo accepi Biblia
uxoris, D. Salmasij Hellenisticam, responsionem tuam ad dissertatio-
nem secundam H. Grotij, et epist. cuiusdam Poloni, aut Bohemi saltem,
(id enim terminatio Planarica nominis promittere videtur) sed incertum mihi
est, quibusnam tradi vellem. res gestas apud nos tuto ad te perscribi
posse putas, idq; exemplo edoctus D. de Ewes, cuius prolixiores ad te
literas, rerumq; nostrarum gravidas olim perlegi sed non ad de fa-
cile mihi sane videtur de his rebus scribenti, iudicium suum subinde non
interponere; quod vt non omnino periculo vacuum, ita etiam plerumq;
nil nisi mora diuinatio est, adeo partium studia etiam hic distrahimur,
nihilq; minus sincere eorum quae extra Londinum gerantur, nobis
traditur. credo tamen Principem Ruportum in agro Eboracensi plu-
nuper victum terga dedisse, Eboracumq; exinde deditum, satis ho-
nestis tamen conditionibus, Marchionemq; Novocastri, Baronem
Widdringtonium, et Jac. King Scotum Ducem veteranum ad vos
vel saltem in Flandriam aufugisse. fomitaq; etiam de bellatis adeo
partium ducibus, fractisq; vbiquorum animis oppidum Novocastri
iam mutare, et de deditione cogitare. etiam regina nos nuper re-
liquit, Galliam cogitans, vbi etiam, Brosti nempe in Britannia mi-
nore appulisse dicunt. haec omnia satis certa mihi videntur. ego
sane iuxta tuum sentio ad res nostras rite componendas non nisi per
pacem perveniri posse. sed vnde illam tutam, et sinceram tandem

Audio nuperrime illos Hamburgi appu-
lisse.

ROYAL ACADEMY

349

Adipisci possimus, haud ita facile dispicere est; adeo afforati vtrinque sunt animi. spes nra de Scotis iam forme decollauit, aut saltem valde refrixit; adeo articulorum regi exhibendorum iam diu oblita sunt. spes reliqua non nisi in deo est. etiam cum res quoquo modo composita fuerint, verear ne aliud, primus bellum Ecclesiasticum nobis tandem oriatur, ita scatet regnum vniuersum sectis pertinacissimis, eaque precipue, que nobis independentium dicitur, quorum plurimi, viri egregij, probi, modicis fidei, docti, vitaq; plane Apostolica, periculum ingens ecclesie minantur. non solum in Synodum irrepsere, vbi acerrime contra presbyterianos rationibus dimicando, omnia plinacia sua confundunt, remoramque progressibus reliquorum damnosissimam obijciunt; sed etiam exercitus nostri fere omnes iis plerumq; partem constant, eorumq; precipua opera res maxime gestæ sunt. vnde ordines regni illis fere animum iamdiu indulsere. Hollomisticam istam D. Salmasij euoluenti venit mihi in mentem vetus illa fabula patrisfamilias, qui filios miro modo distraxit exiguam vineam illis legando, vbi auri, quod satis esset, se abscondisse finxit, vnde illi, patre tandem mortuo, fodiendo scilicet, et ruspando, quod non erat omnino in vinea, inuenerunt saltem in vindemia. eadem fere ratio est de Hollomistica ista, quæ sane an fuerit vnquam in rerum natura, parum interest, vt ego equidem sentio, reip. literariæ totum vero librum legendo, quo ille, more suo, plenam messem copiosæ farraginis variarum lectionum congessit, tantum abest vt operam lusisse mihi videar, vt potius illis horas quas impendi insumptas, optime me collocasse putem, nec sine summa animi voluptate. vide quo iam garriendo processerim adhuc haud plane sanus, nedum quippe e cubiculo egressus. meliorem tibi sanitatem, viresq; firmiores voueo. saluta meo nomine tuos omnes, precipueq; filium istum tuum quem noui cuiq; valde me dominum agnosco. vale anima candidissima.

Lond. xxvi Julij Juliani CIↃIↃCXLIIII.

A Monsieur

Monsieur Joan de Laet

demourant a

Leiden. f.

Nobiliss° Amplissº Doctiss° q; V.D. Johi de Laet Johes Mauritius

S.P.D. Abs istarum literarum scriptione, quibus XXI Decembris respondisti, dedi ad te binas meas IX et XII Decembris Jul. scriptas, ex quibus utrisq; aliqua saltem, quantum per scribere tutum est, de rebus nostris cognoscere possis. ex inde alias iterato abs rege accepimus, unde constanti, non vulgi modo, sed eorum etiam, qui sese haud malos arioles esse credunt, sermone fertur, cum subito ad Ordinum conventum rediturum. ipsi enim jam dudum publicis suffragijs unanimiter decreverunt, nullum pacis tractatum, quic hactenus frustra fuerunt, sese admissuros, sed suis vicis articulos quosdam regi per literas, ut vocant, transmissuros, qui regis suffragio confirmati acterum vel statutorum parlamentariorum vim naturamq; subeant. nec facile inveniri est in Archivis, ut tradunt antiquarij, reperiri literas ab ordinibus regni sepius oblatas respuisse, quoniam, ut est vetus verbum plus videt oculi, quam oculus. ego modo sane in spem quotidie quotidie pacis libentissime prosiliverem, nisi vererer quaedam interventura, quae, tanquam mors in olla, omnia tandem conturbabunt. notum olim in Germania odia acerrima Lutheranorum et Calvinistarum. sed, ut nos rem sumus, utrique prudentius sibi consulerunt, deposito saltem tantisper odio, dum hostis communis in ordinem redactus foret. attamen ea est hominum malo feriatorum imprudentia, bajanaq; vindicta libido ut ad unica intenti, pericula, quae inde sibi imponunt, prorsus negligant cuius rei, per quam elegantem Apologo de cornu, aqua, et homine admonuit nos olim philosophus ille mythologicus, ut verbo Pliniano uti mihi licebat, dissidia forsan Gallorum Sueconumq; quae memoras pacem communem promovebunt. nec vereor, quin vobis etiam vestris q; provincijs pax cum Hispanis haud multo futura sit, modo id consortes Gallorum, quos haud satis honesto destituere pactorum, pudet. mihi satis persuasum est Lusitanos rem suam male possessam, cum hoc, quod maioris fere erat, omnium ordinum, omnia deperdidisse, nec sane dubito, quin satis matura pacis amicitiae, adeoq; perpetuae unionis omnia deperdidisse, nec sane dubito, quin satis matura pacis vobis detur sint. et forte aequa aliqua pacis, vel inducianum saltem ab Hispanis oblata hanc ipsis infamiam infamiae fecit. certe murmurant hic multi quod de pace generali inter alios christianos principes, ut possint libentius in nostris viribus in Turcam Turcarum gentem insurgere expertus sum sese alias in vita vestra Batavia frigus multo intensius dominari, quam in hac nostra insula, nec tamen unda eadem tam scrupulose huc curae in Archivibus asseritur tuendis, sibi enim animose contra frigus sese defendunt, nec foliis virore destitutis per totam hyemem destituuntur. quae illos tamen cum sua terra tantisper privatis per totam hyemem destituuntur. quae illos tamen cum sua terra formae, laudo. Det tibi deus omnia quae optas, votisque tuis pro te potenter annuat.

Londini VI Januarij CIↃIↃCXLV stylo bot.

357

24 Dec

A Monsieur

Monsieur Joan de Laet

demorant a

Leiden.

Nobilissº Amplissº Doctissºq; V. D. Johi de Laet Joh. Mauritius

S. P. D. Accepti literis tuis XVI Jan. scriptis, non tam negligentia mea effectum est, vt hactenus mihil responsi accoperis, quam quod tantum temporis a publicis negotijs surripere non nisi carptim, et bellicatim potuerim. post Dartmuthum captam haud multum sane profecimus, ventoribus vndiquaque frigore et gelu obsessis, nisi quod Douonia iam pene totam ordinem redacta, Tyroniam facile, et subito securam sperare nec tamen possumus certam aliquam et indubitatam spem pacis mihi ponere; nescio quæ intestina futura sint, et spes, votaque bonorum omnium conturbatura: nec tam nescius sane, quam diens non audeo, ne in aurem quidem Harpocrati, misit iam rex sexcentos libras ad ordines regni de toto negotio Hibernico, culpam omnem, factique inuidiam deferens in Comitem Glamorganiæ (Cilius est is heres q. Comitis Worcestriæ) in Hiberniam missum vt decem millia militum conscriberet, et in Angliam traijciendos curaret. hunc rex ideo, suoq; iussu in carcerem conjectum Sublimis dicit. istis etiam literis regni totius militiam tanto, totiusq; controversiam Parlamento in septennium concedit. sed vt res ecclesiæ eodem statu consistant, quo legibus stabilita sunt postulat, donec disputationis Theologicæ euincatur veritas. quæ propediem introducetur quæ tollam equidem, ne tibi nimis grauis sit, vt libros tres mihi mittendos curas, Comentarium nimirum Keplerianum de stella Martis, Vitam Thoræi, Ciceronis Opera, et tractatum Campanellæ de Monarchia Hisp. Vestro isto more omnes eleganter compactos. Expectabo Catalogum seminum, quæ amicus iste tuus desiderat in quarto, et in omnibus alijs quæ mihi mandaueris, pergratum erit tibi, quantum sane possum inseruire conabor. Iamiam ad te Tradescantium, Parkinsonum aliosq; amicos rei Botanicæ studiosos, qui mihi libenter operam suam promiserunt, non omitta D. Dr Wrenn Astronomum mittere, vt tibi tandem pro sua comitate respondeat. multus est in concinnanda historia Guil. primi, vbi multa promittit de familijs nobilium, qui eius auspicijs Angliam nostram olim armis subegere. spissum opus erit et laboriosum, sed nondum vidi. deum precor vt te cum tuis omnibus salvum in eolum duxq; diu conservet.

Londino II Febr. CIↃIↃCXLV

ACADEMIA TRAIECTINA ANNO

352

A Monsieur

Monsieur Joan de Laet

demeurant a

Leiden /.

Nobilissº. Amplissº. Doctissº. q; V.D. Johi de Laet Johes Mauritius q

S.P.D. Illud tibi libenter assentior res regni nostri nondum in portu constitutas, sed in aestu, dubias, & vagas adhuc fluctuari, et vacillare videri corte Ordines, et Comitia nuper Edinburgi in eorum potestatem venit; sed reliqua quae malo nostro fato victoria quamplurima ad pacem regni universalem, quam omnes boni valde desiderant, perparum proficiunt. inter tot capita tam varia et diuersa sententia nemini tuto in unam coeunt. et quis scit, an non sint etiam inter Scotos, qui res suas nimis cordi habent publicas, tanquam pantega quadam, paulo negligentius curant. videntur Galli adeo rerum suarum satagere, ut nec eumdem, in tanta aerarii angustia, nec milites huc transmittere sint valida enim classe opus erit, nostrum haud multum interest Gallos, Hispanos, an continuo belligerare, et si Papa forsan suis se interponat, non nostrum erit prohibere. agendum procedant aeriter et pertinaciter, nec eos nostra, ut eam sunt, respiciant, donec in tuto pacis universali collocata sint. sed interim, proh dolor! misera christianorum principum litigiis et certaminibus Turcae vires recipiunt, adeo ut tota respub. christiana valde periclitetur. et video iam vos praeter bellum istud cum Hispanis sexangonarium, praeque Trojanum illud nihili aestimo, in arenam iam descendere, quae facile certo in culpa lata finiret, sed tamen forsan nobis plus compendii afferret. etiam nos hyemem experti sumus acerrimam, quae mihi ranunculos, quotquot certe fuerunt flore pleno, plane perdidit, ita ut ad unum quidem mihi reliquum fidem fecerit. vicino vere vendo, vir opt. quem nosti, plusquam centum florenos. verumtamen prudentiores, atque futura a longinquo prospicientes, ne haec discordiarum semina, quae inter Scotos, nostrosque pullulare possent, in agmen magnum virginalium transire prohibeant. audivi, fortean libros quosdam a vicina Gallia huc nuper evolasse, quae significant Scotos auxilium a Gallis petiisse, quo facti possint regi contra Parlamentum opitulari. his literis subscripsit nescio quis Matthaeus Wright ex moribus fando et credo delatus, quae omnes ex tota familia unquam nominat. hujus horribilis secreti auctor fuisse huic fertur fuit aequos quidam auri incognitus. has literas Edinburgi evolvendas curavit D. Olivarius St John regis procurator, vel, ut nobis dicitur, sollicitator, et Joh. Crewe, in quos fremunt Scoti, quasi omnia in eorum dedecus conficta sint. in hoc uno conveniunt regii et suis dependentes, ut omnem movent lapidem quo Scotos ab nobis alienare possint. oh quam foris insanimus! Salutabis a nobis omnibus, deumque precabimur, ut te cum libris totaque familia in colendum florentemque conservet quamdiutissime.

Londini XVI Febr. CIↃIↃCXLV

ACADEMIA LEIDENSIS

353

A Monsieur
Monsieur Joan de Last
demeurant a

London./.

Nobilissº Amplissº Doctissº q; V. D. Johi de Laet Horos Mauritius

S. P. D. Peregratum est conchas, quas dudum ad te miseram, ad rem tuam facere etiamque in tempore venisse, antequam Syntagma istud tuum de gemmis et lapidibus emanet tua declarit. audo sane istud videre, bona cum libris istis quos desidero, audeq; expecto, Keplerum præsertim. quæ enim amicorum sunt diligentius curare solet. De rebus nostris ita sane videtur esse ut autumas, de pace scilicet haud magnam curam esse. certe ut res nunc sunt, vix video quid pacem amplius moram iam possit, nisi utrinq; plane desipiamus. utrumq; regii adeo fracti et conciji iacent, ut vix bello resurgendi spes reliqua sit, Germania iam tota fere subacta, catervisq; regis copiis, quæ ex Gallia confluxit, ut cum rege bonitas, nescio quid novi tentarent, comitabant, duce nouo Baronio D. Jacobo Astley, qui dum sub vestris Ordinibus militat, victis et dissipatis in agro Glocestrensi, ducibq; ipso capto. nec famam pacis ad nos tandem reflectere videtur. putat nos scilicet, tota fere rep. christiana bellis involuta, solos placi, quidni otio q; inerti Britanni, ob quam paucis interim quæ futura sunt prospicient, et, prudentium more, in longitudinem consulunt. redditæ sunt Ordinibus Hodie alia regis litteræ, quibus stipulatur se se actutum ad Parl. suum Westmonasterium se rediturum, eorumq; consiliis porthac omnia transigenda dixit. hoc solum sibi concedi postulat, ut qui duce fortunam hactenus sibi fautam sunt, a proscriptionibus plane liberis, res suas sibi habere tuto liceat, idq; sine juramento isto, quod nobis, vocabulo a Scotis mutuato, Covenant dicitur. mane ex more ædificatur, deinq; sequentem sese posse putant, quæ quid regi respondendum sit, disceptant. nequeo iam non gratulari fortunæ meæ, qui hanc ita grandem iacturam in horto meo hoc frigore hybernio experiens sum. ornithogalum mihi perierunt omnes, quod plus tamen vini, quam frigori attribuo. Fritillum primarii Clusij, quæ mihi unica erat, quinsi, relicta tamen soboles. Anemones Tulipæ, Narcissi etiam varione et tonitrione, et præcipue Cyclamini validæ frigori restiterunt. Salutamus te ego mihiq; omnes, teq; tuosq; omnes precibus nostris indies deo commendamus.

Londino XXIV Martij CIↃIↃCXLV

Hodie, qui est XXVI Martij CIↃIↃCXLVI unanimi consensu domus Communium statutum est regem non niſi petitionibus Ordinum p Billas concessis, Londinum tuto rediturum posse.

ACADEMIA TRAIECTINA

A Monsieur

Monsieur Joan de Laet

demourant a

Leiden./.

Nobiliss. Amplissq. Doctissq. D. Jobi do Laet Johes Mauritius

S.P.D. Loctis litteris tuis XXIV Maij scriptis serio gauisus sum Lexicon Arabicum Clariss. Soldoni tuto ad te pernenisse. de reliquis Anglicis haud adeo magni momenti sunt, vt tibi, mihiue gratulari possim, qd eos iam tandem recepisti. ita est iam, vt scribis, epistola illa Barnabe Lutetiæ excusa est, vt mihi nuper in= dicauit D. Patritius Junius; sed nondum eam vidi. ego in mea peroeta sententia

etiam audio Oxonij plures exemplaria aliquot amicis missa fuisse, sed nondu hic prostant

abs quo bella omnino hesitatione libellum illum Wm Alexandri de Colonijs eundem absque vlla omnino hesitatione libellum illum Wm Alexandri de Colonijs eundem plane esse cum illo altero Alexandri Quistnij, quem amicus tuus quæsit, valde vereor ne frustra. satis perspicua et clara mihi fecisti, qua ego abs te petij, de autore, et opere illo Bauarico, cui titulus La piedra de touche de Bauiere, ex qua fane plenissime (tenebricosa licet, ni fallor) quid aliud expec= tandum est? Hispani certe haud aliter animati sunt, ex quibus D. Gonçalo de Cespedes y Meneses, vir alioqui satis fani cerebri, nariscq minime obtusæ, in vita Regis Catholici, a talibus scriptis, scriptoribusq deceptus, vel for= sanct ipse alios decipere, difertis verbis tradit familiam Bauaricam a Lud. IIII Imperatore ortam, cuius frater natu minor Rudolfus Comes Palatin. a quo Electores Palatini hodierni gens trahunt. o inscitiam plane pue= rilem, vel astutiam potius malitiosam! vt credulis scilicet imponeret, per= suaderetq Bauarum nostram ex investitura imperiali, quam ex iure primo= genitura, Electoratum iam, quasi postliminio, recepisse: cum omnes omnino historici Germanorum, et Genealogici, Hemingius, Rougemont, Dispho= lius, ipsiq Albizius inter Italos Rudolfum Electorum Palatinum fratrem natu maiorem Lud. Imp. ortu, verbisq disertis fatentur. cum hæc igitur ita sint, nihil est cur sententiæ me quæsiisse de opere isto Spanhemij quem ego olim, tanquam ex lingua bonum, ex alijs eius operibus, verum doctiss. iudicij, subacti iudicaui, reliquaq eius opera, quæ mihi videre con= tigit, mihi valde probata sunt. vereor tamen ne in aliquibus familiæ Palat. paulo propensior sit, quam vel ratio, vel rerum gestarum veritas dictant, ea est, equidem, hominum natura, vt, plerumq partem, miseris, et infelicibus faueant, et nescio, etiam, qua natalis solum dulcedine eundem ducit, et immemores non sinit esse sui. est enim, ni valde fallor, ipse ex Palatinatu oriundus. ego omnes tribus, quæ in horto meo insunt, colore quoquo modo variantes Lignani, vt cum tempestivum fuerit, effodiam, tibiq quam primum transmittam. de Narcissis compellasti amicum quendam Flora sacerdotem, vt mihi suppetias ferat. ego vel aliquos rariores habeo Byzantinum scilicet et alium ex oppido illo pyratico Algiers dictum, sed hoc nostro cœlo, sole= mihi nunquam floruerunt. de Orchidibus apiferis nihil te esse fecundum: amici enim aliquot fidem interpellarunt, minime mihi de futuras: sed tempus expectandum est, dum enim virent, orui e terra non ferunt, sunt enim tenera nimis, et molliculæ, vt tu olim periculu fecisti, cum etiam tibi, vt et mihi prorsus perierint, nec tamen tempore prius alibi extracta

355

355

Fuerunt. Decreuerant etiam proceres hic nobilium tam Tulipas, quam flores alij quoteunq; nouj id solummodo, vt ego sano autumno, sua copia, sed etiam qd tibus omnino orbis christianus, vt nuper hac florum insania, nunc illa altoria priori Martis et Bononiæ fornot, vt nec tanta numorum copia plurisq; iam suppotat, nec quibus suppetit, voluptatem in rebus haud plane necessarias, hisce præsertim duris temporibus insumere. nihil habeo de illo Arnulfo Castrensi, valde verear ne idem sit cum Ranulfo Castrensi, cuius hist. Polychronicon dicta nunquam, quod sciam, typis cusa est. eandem vero tempore, ni fallor, Edw. IIII. Cliuensium mois omnibus, vt nunc sunt temporibus plane dissimilem vertit Angliæ, et continuauit Nic. Trevisa sacobang Baronis de Berkeley, quæ lingua vetori, centum abhinc annos excusa ad minimum puto. quid sibi velint cum regimine isto politico IX virorum comisso haud mihi constat, certe nihil tale hic publice actum est, quid privatim furiosuli quidam machinantur, haud facile est augurari. de petitionibus Cantianorum aliorumq; provincialium, credo numerum hinc ortum, quod potierint vt decreto Ordinum exercitus Scotorum in has Australes Angliæ partes deduci possit. Salvebis merito a me meisq; omnibus, Ecorgs Dom vt te cum tuis famum hospitemq; conservet.

Londino penult. Maij CIↃIↃCXLV

A Monsieur

Monsieur Joan de Laet demeurant

a Leiden. /.



Nobilissº. Amplissº. Doctissº. q; V.D. Johi de Laet Hortus Mauritius

S.P.D. Acceptis literis tuis iii Julij scriptis, dictuli hactenus, ad te scribend, ichiq; tuis respondere, ut possem interim Historiam Lolli Forocliensis Faustini Maroscei, ab te, vel saltem tua comoda utcunq; mihi mutuo datam perlegere, longaq; cum hisce meis tibi remittere, cum interea alteras tuas iii Aug. scriptas nunc tam receperim. certe, nimia me multum fallat memoria, scripsi tibi olim de obitu nostri Jonsoni, qui initio horum tumultuum ad regem confugit una cum pecunia publica virilim collecta in usum Lolli Hibernici, ad summam plus minus quadringentarum librarum sterl. Oxonij postea Lauream medicinæ adeptus, mensis tamen fabito valedixit, Martijq; sese transmisit, Optio tribuni militum in arce Basingensi, quæ est domus Marchionis Winto-nienſis; ubi, post multa egregia facinora patrata, ictus sclopeto in humero, exindeq; febri lacessitus xiv dies elanguit ad mortem usq. ante abitum omnia sua con-fegavit, tot quot iam adversarijs suis Botanicis, libris, factum sit haud facile sit divinare. hinc mœstus, Museum Sereniss. Ferdinandi Imperatis Pharmacopei Neapolitani celeberrimi, Italico idiomate, aliorumq; Joh. Bapt. Ferrarij Senensis, e Societate Jesu, de florum cultura inscriptum, olim multo datos forsan haud ita facile mihi recuperare dabitur. de rebus nostris quid dicam nescio. ita incerta sunt omnia et plane confusa. duobus magnis prælijs intra unius mensis spatium diversis re-gionibus victi sunt regij, ne tamen plane desponderis. Leicestria recepta, aliæq; quamplurimæ oppida capta, Exonia item multis tentata, ne tamen hæc omnia ad summam belli magnopere profutura videntur. obdurauit rex ad hæc respondia, occalluitq; animus rebus adversis, ab horrore a mentione pacis, nisi qua regnia nobis e Gallia prescribit. nescio quas auxiliares copias ab Hibernis, form-anisq; qui tamen rerum suarum plane satagunt, sibi somniat, ijs solummodo aures accommodans, quibus nulla pacis salus futura est, nullæq; nisi rebus prorsus hu-manis, spes reliqua est. interea perimus omnes, miserq; elanguimus, quibus religio, salusq; reip. cordi est, et quod utinam hæc fluxerint, vobis tandem optata pax, cum deo placuit. etiam magis a pace malum timetis, adeo in diversas et con-trarias partes distrahitur vulgus inter Papicolas (qui tamen, cæteris concordibus, haud magni momenti sunt) Protestantes, Presbyterianos (omitto Anabaptistas, Anti-nomianos, cæterumq; sectarum colluviem) et Independentes, qui minimum in modum succrescunt, immodice, potentia, animisq;, nec non rei militaris peritia, armorum usu. hinc inde distractis nulla sane nobis nisi a deo salus expectanda datur.

Mitto tibi strides aliquot ex meo horto, inter quas unam variegatam vel striatam potius, alteramq; omnium quotquot sunt sine controversia elegantissimam, Persicam scilicet. reliquæ coloribus inter se diversa sunt. narcissi, de quibus iam dudum ad te scripsi, e longinquo mihi petendi sunt, nondumq; ad nos pervenere. in-terim iii alios tibi mitto, Byzantinum, scilicet, Algerianum, hortorumq; mihi adhuc incognitum, absum enim a libro, nec potui eos ab invicem distinguere. aliumq; insuper mediolutum, quintumq; fl. pleno Tradescanti. Orchides nondum in mea potestate sunt, de quibus tamen nihilo te esse securum, ut forsan cum Narcissis reliquis ad te properabunt. olim, ni fallor, mihi pro-misisti Althæam fruticosam fl. penitus purpuream, non ut hæc nostra fl. albo cum umbilico purpureo; est et alia nobilissima rarissº flore carneo dilute. cosso iam hisce magis tibi amplius obstrepere. Deus te, vir amplissime, tuosq; ac nicolaus florentesq; tibi mihiq; reliquisq; amicis conservet.

Hatfieldworthia vii Aug. Juliani CIↃIↃCXLV

Libru haud penitus perlectum nondum remitto alias D. Cruzoni traditurus; nos plane scio a quo mihi prestitum

Semen herbæ vincetoxici. aviide expecto reliqua alia tibi ad manum fuerint, et præsertim Maracoci Indicam.

ab Illustrissº. D. Boswellio. hic enim mihi innotuit. visus est qui eum mihi in manus dedit. hactenus, ut scio.

ACADEMIA LEIDENSIS RHENO

357

A Monsieur
Monsieur Jean de Laet
demourant
a Leydon. /.

Nobilissº Amplissº Doctissºq V.D Johi de Last Johes Mauritius

S.P.D. Remitto tibi Hist. Bolli Forocliensis, quam spero D. Cuzonum tibi tuto transmissum, in qua multam mentionem Vesalianij factam miror simul et indignor. Sed video Italum istum illum nondum ad metam perduxisse, unde tam altum de isto Horo silentium, qui in principio Bolli nondum inclamarat. Horror me nimis recta de rebus nostris Ecclesiasticis omnibus, quibus subinde pensatis, venit mihi sepe in mentem istud Gruberi nullam, felicioris Bellum citius exardescere, nullum tandiu deflagrare quam Theologicum. me cohibuit observatio ista Galeni de sectis medicorum sui temporis; adeo insolubile, inquit, malum est, cui non potens vita certa sectas ambitio, ac scabies quaedam quamvis ad sanandum rebellius. idem nullo tinctura adeo indelebiliter imbuitur et affectis ad vitiosa cognata citra ratiocinationem. Bellum illud Horum iam forme videtur ad finem tandem collimare, Bristolia recepta; unde ingens Parlamentarijs accessio, non fama tantum, que sepe in Bello utramq paginam facit, sed plane vndique opes. erumpit enim nonnisi hand pauci apud nos, et olim inter Hanoticos Gallie Momorantij, qui nec Regijs, nec Parlamentarijs accedentes, sese, et bona sua tutantur contra insolentiam, et rapinam militum, nobis Clubmen dicuntur, licet haud inermes ad bellum procedunt, sclopetis etiam plerumq instructi. horum plerisq non dico mutant, sed palam iam Parlamentarijs sese iungunt; et iam de integro omni premisso Exercitio Bellica inuicem minitantur. Interea dum tota forma Europa insanit, Bellis sese inuicem petit, soror illa christiani nominis hostis nescio quos nouos triumphos, spoliaq opima ex nostra sibi ruina despondet. nec ego sane, quorsum hec plane diuturna sint, video. vix enim sperandum est ut principes nostri, eradicata penitus pestilentissima ista ambitione, impia, prolatandi cupidine, simultatibusq inde exortis, brutis iam animis virisq insurgent ad communem hostem, omnq immanissimum, totius nomenq repellendum. nec Venusti sperant, imo nec Hispanus ipse, ut res nunc sunt, multo minus ceteri principes Italorum satis vel viribus vel consilio, vel animis valere mihi videntur ad hanc tam grauem pernitiam sustinendam. restat ut deus noster, ex abysso miserij cordis sui, causam suam nostramq solus agat. fecit interim ut nobis saltem si non ceteris Europe in hoc orbis angulo pacem tandem fidam et diuturnam concedat. Somina Iudica vna cum filioris tui accepi. tomum alterum Flandrie iam prodijsse in lucem ibi etiam primum audio. Salutamus te quam officiosiss. Domumq O.M. precamur ut te cum tuis omnibus, in quibus amicus meus D. Stannot bona cum vxore et filiolo, et forsan iam altero, salvum, sanum, hospitem florentemq conservet.

Dabam Fetotworthie 15º Sept. CIↃIↃCXIV

358

A Monsieur

Monsieur Joan de Laet

demeurant

a Leiden. /.

Ecce tibi, vir Amplissē sex Orchides apiferas, quæ iam, vt vides, folia emiserunt, quæsęq; ideo vna cum solo gemino, terra scilicet argillacea tibi mitto, idq; ne, vt olim, tibi pereant, vt olim mea omnes, quia forsan e terra tenuem extractæ fuerint, inq; solum priginæ, vbinamq; translatæ quale est vestrum illud Batauiæ Narcissos varios nondum recepi. videris amici, fidemq; facium libenter, qui eos mihi sæpius promiserunt. Salutat te vxor, simulq; domum precamur, vt te sanum felicemq; diu conseruet

Gstelwerkha Babam II Octobris CIↃIↃCXLV

Suburbia Coetria capta iamdiu sunt, at ne vrbs ipsa deditionem faceret, rex cum quinq; mill. equitum interesset, animosq; obsessis addidit, qui [illegible] vicus, vt fertur, cum septingentis tandem equitibus ruasit, nec tamen vrbs ipsa adhuc victoribus cessit. Non quot et quantis prælijs pugnatis bellum tamen sedat, nec vnquam sanguinis satis est.

ACADEMIA TRAIECTINA RHENO

A Monsieur
Monsieur Joan de Laet

domourant

a Loiden ./.

Nobilissº Amplissº Doctissº q; V. D. Johi de Laet Johes Mauritius

S.P.D. Sanum te iam tandem, in columem q;, quasi postliminio ad penates tuos, liberos q; desideratissimos, dulcissimos q; redisse post tot hebdomadum pene exilium, gaudeo sane, tibi q; gratulor. post tres hebdomadas xv. Sept. scriptas dedi ad te alteras una cum pyxide Orchidibus aliquot referta, quas statim ad te transmisit D. Cruso, vt filius eius mihi nuper indicauit. De rebus nostris ita est sane vt dicis; regionum enim certe vires ita penitus prostratae sunt, vt, ni deus alia omnia statuerit, nulla fere spes reliqua sit, aliud etiam nunc imperato obtinuit, cui adhuc omnino ignotum, quod regem eius q; asseclas procul dubio valde afflixerit. plures regionum, viri p[rae]sertim militares, quorum animis, armis q; ille vtebatur, rebellionem regi est, et in throno auito reponendus, stabilissimus q; domachantur, agros q; fere omnes togatos aliquos, eos q; a Parlamento proscriptos regi quasi solos possidere, ordinemq; pacem, quia nulla ipsis, nisi in bello salutis spes est, interturbare. inter hos superominat Baro Digbia Com. Bristoliensis fil. natu maximus. is prelio nuper in agro Eboracensi hostibus cum equitibus fere mille octingentis equalit, eosq; in Scotiam, vt videtur, et vt fama est, quod ante fixum ei, statuerant, duxit, vt cum Marchione Montrosio copias coniungens, aciem eius plorans q; partem pedestrem equitatu adeo numeroso firmaret, partes q; regiorum labantes Scotiae in nouas spes erigeret. huius absentia vt suorum animos minuit, ita ducis aduersarum partium ad spem victoriae erexit. inter hos principes Palatini vtriq;, Baro Gerardus Comes militiae, Baro Hallus nuperi ambo, Rich. Willis eq. aur. nuperq; p[rae]fectus oppidi Newarcae vbi nunc degit rex. hos omnes D. Bollasius p[rae]fectus in locum D. Willis substitutus excepit, vbi inter pocula, vt fere fit, sermone seruato Gerardus paulatim delabitur in mentionem victoriae Parlamentariae iurans nihil motibus sperari posse, dum rex totum fere praesidiorum regendum daret, Baronem Digbia nomine indignatus, cuius patrocinium praefectus Bollasius subiens more militari mendacium ei improperauit, inde a mensa tumultuose surgentes gladiis vtrinq; strictis secessionem fecerunt principes vtriq;, Gerardus, Hallius, Willius, una cum quadringentis equitibus primariis comitatus a Parlamento petito opem Rossitori aduersus partium ducis vt Lopidium tuto venire possint, inde in Galliam, Belgium ne vestrum profecturi, dato iusiurando, ne vnquam contra Parlamentum militarent. haec quorsum euentura sunt, non adeo facile est diuinare. hoc tempus obseruandi, regem multoties victum adfuisse, nominatim interim vinctum. bellum forma profligatum esse videtur, nec pax tamen optata magis nobis inde illuxerit. inde haec tam contraria orientur, deus scit, ego nescio, vt dicere olim solebat Franciscus ille Assisias. res Scotorum mihi perquam grata, attamen vereor ne vt olim Cypro perdita classe victores Cretam insulam amittant. Dominus deus meliora. mouet me charta vt iam silbam. salutamus te omnes domus simul Scamnum vtte cum liberis vtriq; familia sospitet. Hestleworthia Kal. Nou. CIↃIↃCXLV

360

A Monsieur

Monsieur Jean de Laet

demourant a

Leiden./.

Nobilis Amplissimo Doctissimoq; V.D. Johi de Laet Johes Nauirtius
S.P.D. Ex tuis VIIbr. Decembr. Gryg. ad me scriptis intelligo te iam tandem Orchidas
recepisse ad eo bimues, vt nihil desperes de earum salute. id mihi
sane peregrinum est. Vix enim vidi eo in loco generi plantulas elegan-
tiores, et licet calum, solumq; peregrinum prima facie refugere
videantur, non sunt tamen adeo tenera et molliculae, quin vbi
paulatim alibi solo assuerint, satis robustae, et fertiles euadant.
haud mirum, te ista tua prudentia et modestia nihil adhuc pronun-
ciare de rerum nostrarum statu, cum nos quidem, qui hic quasi in
sublimi specula positi, et sermones indies serentes cum his, qui rebus ver-
sabi
nibus interfunt, ne diuinare quidem, liquido possimus, quorsum haec
omnia euadura sint. certe nulla salus bello, nec tamen pax adhuc
nobis illuxerit. causam certe partim difficilem, partim intutum est
dicere. Hibernum hoc tempus feriasq; quidem bello dixerunt antiqui
vnde recte illud pacis consilijs opportunum autumas, modo idoneus
interueniret animus partibus bellis ad illam inclinarent. etiam hoc
vltimum si tandem aliquando spondere nobis possimus, haud vnquam
desiderabo pollicitor. suis vicem pars vtraq; perpulchre gerere.
Deus aliquando prouidebit, cum nos peccata nostra vera ppenitentia
eluerimus. Video etiam multibi gentium motus esse. Gallia, Hispania,
Lusitania, Belgium vtrumq; Germania bellis iam misere ardent. nec
Italia ipsa magis iam tuta praeminis Turcarum. Sed quid tamen
iuuat socios habuisse doloris? et inga sunt reliqua omnia pro bello
ciuili. Baronem Digbium audiuimus iam diu ab Hibernensibus Dublinii
appulisse vna cum fido Achate Marmeduco Langdale, cum vi-
debimus actutum quorsum haec itorum profectio euadura sit. fidem
mihi faciunt Hibernenses nostri Marchionem Ormondiae, oriundum
aliquin ex gente Papicolarum, adeo nostrae religioni addictum prorsus
esse, vt licet antehac regias partes quodammodo fouerit, nunc ta-
men, cum deus, et melior fortuna Ordinibus affluxerit, nunquam
commiserum, vt paci adeo iniquae cum rebellibus Hibernis assentiat.
Rex Oxonia iam diu haeret, sed quantum paci addictus, ex literis eius
ad Principem Ruperthum datis est. et tamen nuperrime VIII Kalendas
mensis, tanquam rerum iam facie prorsus mutata, ipsius q; simul
animo fortunae suae amore ob iecundante literas ad Ordines misit,
comitem Pembrochiae potens pro Duce Richmondiae, Comitem Southamptoniae, Johem
Ashburnhamum, et Gulfredum Palmer, vt possint tuto Londinum com-
meare, et de rebus componendis agere, quibus responsum est, ordines
nunciam ad regem de re mittendum. quidam interim tantum ab
infidijs Sinicis caueri nunciant, vt etiam ab omni de pace tracta-
tu abhorrere videantur, quasi haec sine illo omnino haberi posset.
Vident politici, quibus haec curae sunt. haud aliud restat, quam vt, post
officiosissimam salutationem, te tuosq; omnes deo precibus nostris ingen-
ter commendemus.

Londini IX Decembr. Jul. CIↃIↃCXLV

361

Mitto tibi hac una cum figurarum fortuitarum lapidum accepto ab
Hyeronymo Cardano, aliquot testibus concharum, item lapidibus, omnia
ab Hyeronymo quae scripsimus, cum pace tua tabulae nostri aliquando
illuxerit.

A Monsieur
Monsieur Joan de Laet
demeurant a
Leiden. /.

Nobiliss. Ampliss. Doctiss. q; V.D. Joh. de Last Joh. Mauritius

S P D Non possum satis mirari, unde rumor iste de rebus meis ortus sit, cum nihil omnino, quantum ego quidem obseruare potui, propiam occasionem, qui talis rumor ansam dare potuerat. certe nisi hoc ipsum molestum esset Viris principibus, militibusq; in suburbijs Hybernarent, et in ipsa aula regia Dominari, hoc precipue tempore, nunquam nihil opus futurum militibus iam diu speraremus, alias praeter spem satis molesta fore gerunt. Cohors praetoria ipsius Ducis molestissimus fuit exauctorationem, satis seditiose fore gerens, sed tamen ignem quem tumultuabantur in Ducem potius quam in eum reuocauit. sed omnia iam satis feliciter composita sunt. Ipse eorum morti adiudicatus, qui tamen humiliter esse submittens, Ordinum q; et comitiorum supplicationibus precibus, partim humilibus admixtis veniam impetrauit. Bernardini Baldi explicatio verborum Vitruuianorum passim hic prostat, habetq; in Musaeo meo. alterum illius tractatus de Scamillis impariter, Bibliopolis et Mathematicis nostris ponitur incognitus. quem mentionem tantum fieri in Lexico illo Vitruuiano reperio, et forsan vltra haud processerat. tractatus alter Phil. de Orme satis notus Bibliopolis nostris, sed qui nunc hic non extat. ex Gallia certe petendus est. Est autem ponens mei Votes editio Vitruuij a fratre Ioh. Iocundo concinnata anno xpti MDXXXIII et Iuliano Medici dicata, vbi Scamillos et stylobatas columnarum schemata quaedam exprimere conabar. Si operae pretium futurum putas, et mecum in vestris bibliothecis vel Bibliopolijs inuenturus ad te quamprimum amolabit. Vidi in etiam adnotatas, quod tamen haud puto te latere, versionem Vitruuij Italicam Danielis Barbari patricij Venetii vna cum Commentarijs a doctis viris certis partibus valde probari; quae certe vbinis prostat. Sed quid agis? doctrinae Athenas, vt est Votus verbum. Sed ita semper comparatum est, vt cum optimus amicis officium praestare cupiamus quam nostrum tibi in quaecunq; re inseruire, omnem mouemus lapidem, ne quid dictum sit, quod te eorum rerum largiri possit. nec te fugere arbitror Ma[illegible]nium del Rio in Prolegomenis de tragedia obscurasse Albertum Eib auctorum margarita postrici, qui multis libris m.s. qui notis iam pariunt, vsus est, aliisq; viris doctissimis auctoribus, qui tibi iam sub manibus est. Victorinum semper vocand. Epistolae D. Schurmanni cum plurimis iam quam olim prodirint pergam gratis suppeditant, nec non Melanchthonis et Bongarsij cum Hermio et Scholia, cum Camilli prostij sint. idem est de diebus Aegyptiacis Cl. Salmasij et Epistolis Grotij ad Gellium. Gabriel Naudaeus edidit nuper Cardanum de propria vita. Vide, sodes, an apud vestros Bibliopolas venalis sit, nam hic omnes subito diuenditi sunt. Gaudemus te tam integra valetudine et omnis generis prosperitate frui, adeo vt sufficere possis non negotijs solum negotiosissimis, sed et itineribus certe molestissimis, Deumq; precamur, vt eam tibi conseruare et augere porro pergat.

Stelworthae Kalendis Martij MDCXLVII

RHENO TRAIECTINA ACADEMIA

380

A Monsieur

Monsieur Joan de
Laet

dem.

a Leiden.

Nobilissº Amplissº Doctissº q. Dn. Joni de Last

Johes Mauritius

S P D Distuli hactenus ad te scribendi, ut possim indicem iconum mearum tibi transcribere, quod dum mihi satis bellè processisset, nescio qua unda incuria acciderit, ut epistolam tuam ad me ultimam vel mihi surripuerant pueruli mei, vel saltem eam alicubi sepefeci, adeo ut nondum eam invenire detur, undefit ut tibi recte nodo respondere nequeam. habes interea hîc inclusam catalogum iconum mearum, quas vel tibi olim comparasti, vel ego saltem alicubi conquisivi. de rebus nostris nihil omnino tibi perscribere possum, adeo omnia incerta sunt; et cum omnia mecum tacitus revolvo, ipse qui sim in loco, et cui Ipsius sanctæ familiaritas haud mediocris sit cum plerisque eorum, qui rerum ordinem hunc nostrum digito temperant, non possum tamen me divinando quidem quorsum hæc eventura sint; hoc tantum possum augurari prominciare quicquid tandem futurum sit, fortuito casu, vel ut olim atomi domicilii, quorum: ita plerumque hîc regnatur omnia fato, vel quovis alio modo, quam consilio.

Accepi una cum ultimis tuis libris epistolas Langeti ad Lydensium nostrum, necnon ad utrosque Camerarios, reliquasque expecto, simulatque primum prodierint.

tibi suisq, omnibus fausta omnia et felicia bonaq, augurorque.

Datum Thistelwortha Kal. Aprilis CIↃIↃCXLVII

3 d 1

A Monsiour

Monsiour Joan de Laet

demourant a

Leiden. /.

Leauethis with inr Cruze a Dutch
Merchant neare the blacke Bull Inn
with in Bishopsgate. /.

Nobiliss. Amplissq. Doctissq. V. D. Johi de Last

Johes Mauritius

De rebus nostris sane summopere moeno, nec tamen satis scio quid, aut unde mutuandum sit. omnia in tuto esse videntur; hostis nullus, aut, si qui sunt, imbelles plane, et imalidi, viribusq. fracti prorsus, et prostrati iacent, animo potius, quam alias timendi. nos tamen, bello feliciter peracto, in portum nondum quaesimus, nec alij iam sumus quam dudum in mediis bellorum procellis. in eodem certe statu sumus, ne hilum quidem progredimur; quod cum regredi sit, non video quid boni nobis sperari tandem liceat. haec sane malacia, qua iam premimur, foede bello, et inducis mihi magis videntur, quam pax firma, stabilisve. certe hactenus, tanto sanguine effuso, tantoq. thesauro profuso nihil actum videtur, et ni Rex tandem, qui, etiamnum valde obduret, ordines assentiatur aut saltem Ordines regi, actum est de nobis, qui certe neque ad eo hebetes, et bracchos sumus, vt totam seruitutem, neq. prudentes adeo, vt totam libertatem ferre possimus. verunctum interim est, ne haec regis pertinacia faciliam nouerit quibusdam Aristocratiam nescio quam introducendi; et certe talem politiam haud pauci olim somniasse videntur; ad quam, deus bone, quam inepti sumus, quibus nec Aruicaeus illius, Barriuultius ue in promptu est. postremis meis litteris significaui me accepisse Epistolas Languoti, et Vitam Patris Pauli. nullam, quod sciam, libri lingua Hibernica impressam ponis nos praestat. vidi sane Liturgiam Ecclesiae Anglicanae ea lingua excusam, sed nescio an iam ullo modo adipisci possimus. videbimus tamen. nomine fratrem item S. Francisci, qui Hibernica illa mihi supposuit, quae ego ad te misi, mihi dixisse, conuentum suum Bruxellensem, vel forte Louaniensem Dictionarium, Grammaticamque in vsum missionis, vt vocant, concinnasse, quae si tandem prodierint, nos, vt mihi equidem videtur, ope amicorum mihi dedentium facilius comparare potueris. scandula istius Hibernica, nobis Irish stake, virtutes insignes non satis tibi praedicauit D. Boswellus, uius sane opera ego olim famulum meum ab ipsis Orcadensibus eripui, cum in mora ad mortem fere mihi contulus esset. nescio tamen, an aliquis nostrorum medicorum, philosophorum, Pharmacopoeorumue mentionem illius in scriptis fecerit. capitulum Excellentissimum. altera illa, quam Wormius stone nominat, est lapis facilius, ab eo genere hominum, qui Italis Charlatani, et Montabanci dicuntur, tanquam panchrestum aliquod, ad omnes fere morbos vulgo nostrati magno hiatu praedicatus. etiam libellum virtutum eius indies adiderunt, vt audio, nondum enim vidi, nec in Bibliopolijs nunc omnino inuenitur, sed fortasse ab amicorum quopiam impetrari potest. nollem tibi minus importunus esse; est tamen liber vnus aut alter, quem vellem mihi comparari, si id absque aliqua molestia, et gratificandi aliud agendi facultate possis; Logos insomnes Scanionis CCCC ab hinc annos et quod excurrit Latio donatos ab Anchrida Sumonis Archiepo et Cancellario Daniae, et ab Arnoldo Whiffelbio itidem Cancellario in lucem ope typorum editos. Est item Catalogus plantarum in horto Regio Daniae crescentium Hafniae nuperrime impressus, nomen loges Successorem scilicet Reginaldo Ingemundi. haud aliud nostrat quo te molestas sim. Salue bij ab vxore mea, meis, omnibus quam officiosissime, tamq. scamur vt te totamq. familiam vicissim omnem diu fouet.

Cum haec scripsissem interpellatus amicus quidam mihi significauit lapidem potentiorem venire IIII sol. nostrat. propter eadem b. Pauli. rescribe sodes, si vis vt de pretio tibi cadeam.

Dabam Stirlworthae XX° April. CIↃIↃCXLVII

302

A Monsiour

Monsiour Joan de Laet

demourant a

Loridon. 1.

Loano this wth mr Cruzo at his house
wth in Bishopsgate neere the Black
Bull Inne.

Nobilissº Amplissº Doctissº q V.D. Johi de Last Johis Mauritius

S P D Ob causam sane luctuosam distuli hactenus ad te scribere, trimestribus tuis literis respondere. namq; nopiorticis doloribus totos quindecim dies adeo afflictus sum, vt ne tantillum quidem temporis impetrare mihi potuerim vel ad publica, privatasve negotia obeunda. nunc, cum iam paululum convalescere capero, tuico hoc epistolio satisfacere tibi conabor. casu equidem fortuitissimo omnis mihi fit domum redeunti immemis ille Damus Petrus Scaudmius cum libro literisq; tuis, quibus lectis opem et operam meam illi obtuli, paucisq; diebus elapsis, dedit ad eum literas, invitans eum in suburbanum meum, vt possimus coram de tota re inter nos statuere, inclinat magis ad Academiam Oxoniensem nimirum laudatus egregia fama Bibliotheca publica; quod sane institutum eius haud satis mihi comendare videtur: vacat enim plane Academia ista, a solita studiosorum frequentia deserta. vix vnus aut alter in Collegijs singulis reformationem hanc parsimoniam sustinere sustinent, actumq; erit plane de paucis istis qui adhuc remanent cum venerint Visitatores. nec tamen sententiam mihi mutaturus videtur, adeo Bibliotheca lustranda studio insana tenetur. ego in meo recepi literas meas si tradero ad D. Rouse Bibliothecæ publicæ custodem primarium; quem serio rogabo, vt amicos si aliquot equites suos consulat, quorum opa et familiaritate in rebus nostris haud plane peregrinus erit, et quod ad Bibl. attinet, ego fidem meam nihilominus mihi si clausum foret, modo Academia non plane deserta iacebat, ecclesiis scholis, Bibliothecaq; publica. peregratum mihi est historiam tuam plane omnium Brasilianum tam bene procedere, et iam nonnihil librum tuum de gemmis et lapidibus inchoatum, quinq; schedas herbarij amicissimi Georgij Marcgravij, unde scio, omnes is liber pertinet ad historiam tuam Brasilianam, et quod sit is ipse, qui prodiit olim Mauritij, apud te Latinus factus fuerit. scripsi autem ad Cantoratij epistolas, vbinam P. Pauli accepisse. scripta de quo abs Plenipotentiarijs Hisp. Gallicis, quos proxime, haud ingratum erit videre, si modo publicæ venerunt. animi iam literas regias ad Regem interceptas esse, quibus consilium datur, ad nescio quas victorias Hispanorum, vbi animum q; detectionem, vt consentiens studiose propositionibus Ordinum tandem accentiatur, unde vox Clitoria omnis statim ad omnes ab Ordinibus delata sunt) petijt, vt propositiones maturarent, et quamvis modo omnes sibi significatas transmitterent, sed hae tantum mihi audiui, tandem omnes iam diu absunt, ita vt non possim plane probe q; dispicere, quæ magis verisimilia sint. mihi credas, ego autem postremas tuas literas acceptas, confulsi multos medicos de Scandula ista Hibernica, nec tamen scire possum, quidquam de illa aliquid scripto comissos. alios libi de virtutibus eius scripsi, nempe contra contusiones intrantes redacta, triaq; albo opeta. nec amplius addere quicquam possum. est enim inter gandra Diamminum, adeo, vt una cum fimbra grisea, spermatica cati, ad contusiones Scandulas plurimum valeat. parturientibus etiam bene conducit, unde ab obstetricibus deputatur ad secundinas præpue deponendas, contusionesq; quæ in parte haud rara adsunt, mitigandas. tria sunt Hiberniæ pene peculiaria, quæ iam secum duxerunt, Canes scilicet Leporarij grandes ad lupos abigendos, capiendosq; : sagi bellutarij, qui nobis Hobbius dicuntur, et Scandula illa præcisa, ita vt non multa eius copia nobis superfit, et qua passim apud pharmacopolas prostat maximam partem adulterata est. ego tamen cum verbo, vt tibi aliud primigenium ex pomo suo transmittat quam possum tibi probam præstare, nisi enim verbum meum illinc oriundum esset. et hae funesta bella Hibernica viam nobis præclusit maiorem capiam manifestandi. Salutis plurimum adscribo, meisq; omnibus, adscribo O.M. precamur vt vos omnes salvos quam diutissime custodiat, teq; a tertiana ista tua quamprimum liberet.

Dabam Thistelworthæ XVII Maij CIↃIↃXLVII

383

304

A Monsieur
Monsieur Joan de Last
demeurant a
Leiden. /.

Nobilisº Amplissº Doctissº q; V.D. Joh. de Laet Joh. Mauritius &c

Litteras tuas xii Januij scriptas abs D. Cruyden nuper accepi, quibus respondere paulisper distuli, vt me colligerem, et dispicerem quorsum euentura sint res nostræ, portenta prorsus, et prodigia rerum humanarum. nam, quum rex dies in edibus Halmodiensibus quasi captiuus detineretur, ideq; contra spem votaq; vniuersa fere plebis, imo et suffragia totius domus Optimatum; nunc tandem, cum Richmondiam nostram deducendum omnimodis suffragijs, vtriusq; Domus decreuerunt, - cum id iam in ipsorum manu minime sit. Regem omni militem, parlamentarij tumultuantes, iamdiutum ab stipendia dilata, et misera quas contumelias ab Ordinibus sibi illatas, in potestatem suam redegerunt (interuenientes etiam tarma quædam religionis; sunt enim plerique militum, precipue Coryphæi suspendendi) adeo vt rex iam tertium Captiuus sit. Homquam verbatim res sit ratio, et ingenium humanum, cum nihil tam execrandum vnquam fuerit, quin sacris edictis, si cui placet, statim confirmetur exercitus iam iam Londinum cogitat, interceptis Oxonio, Windesoria, et plerisq; aliis quæ præsidio tenebantur, oppidis, reliquis etiam per totam regnum spendo seu dissentibus exercituq; accedentibus. tormenta etiam maiora secum trahunt, aliquoq; ex domo Communium ad iudicium postulant. Ordines omnes lapidem mouerunt ad has nebulas dispellendas, et vt militibus satisfiat. interposuerunt etiam suos Londinenses missis ad eos aliquot tribus Aldermannis quibusdam, aliisq; ciuibus primarijs, vt rem componerent, ne propius urbem accederent, quod ipsis valde formidabile, vtpote locupletibus, et qui soli turbis et tumultibus hisce diutius fruebantur. promittunt regiam spe 40000 libr. si sibi quot annis soluendarum consensisset. vt primoq; in Scotiam amandaret, inde huc cum copijs processurus ad militem suspendendos rebellandoq; regimen presbyteriale oriundum, ipso interim pertracto abmundo, animoq; matris pecos [illegible] pro officio suo, protestatoq; in patrem negligendo, licet etiam ipsam et Gallorum regina id si perquam vehementer consuluerint, quorum sane interest vt nos continuis bellis distrahamur, hoc tempore præsertim cum vobis iam pax reuiuiscere cœperit. aiunt hodie regem Nouo mercatu discedere, et Nestorem proclamare. D. Scaligeri liber hic apud nos fuit, habuitq; litteras meas ad D. Rand Bibliothecæ publicæ Oxoniensis Custodem primarium. sed ipsi consului ne ad huc Oxonium tenderet, donec omnia magis in tuto sint. Nondum aliquid, præterquam ex tuis literis, audiui de vita Plessei, nec omnino scio quis ille Crompetus sit, per cuius famulum te misisse dicis, et simul obsides sume D. Cruydem, qui hic nuper me per bonum iniuste, de re percontari. non amittam remedium tuum nephriticum Formidianum experiri; licet iam plane conualuerim. Salue bis ac me quam plurimum una cum tuis omnibus, præque vero amico meo Vetero D. Samuele, quem amis iam tecum esse una cum vxore liberisq; denuq; precor vt salutem tibi restituat, teq; porro incolumem, florentemque conseruet quam diutissime.

Isleworthæ xxiiii Junij CIↃIↃCXLVII

305

A Monsieur

Monsieur Joan de Laet

demourant a

Leiden.

Nobilissº. Amplissº. Doctissº. V. D. Johi de Laet Scitos Mauritius

Nova equidem scena, vt tuo verbo utar, apud nos nuper fors aperuit. Tragœdiam miseram expectauimus, sed, dea volente, in Tragico comœdiam desijt; si nouitia plane defecerit, vt non denuo in perniciem reip. (nisi dea iam prorsus nulla sit) tandem erumpat. nos etenim more Græcorum Troiam olim oppugnantium pro Helena quæ in Ægypto interim substitit, tandem pro libertate, quæ plane euanuit, bella gessimus. nec possum tibi spondere, bellas harum turbarum consilio processisse, sed potius vt Democritus olim et Epicurus de atomis suis delirabant, casu omnia et fortuito transacta fuisse. quis enim noticeris fallem prudentia adeo supinos res suas egerit, vt cum rerum omnium, imo hominum, temporumq; dominus fuerit, leges tandem accipere cogeretur a mercenarijs suis, vt olim Carthaginensibus accidisse memorat Polybius. Postilla de Londinensibus meis triumpharunt, traducto per mediam urbem toto exercitu, turrisq; Londinensi, decreto Ordinum in potestatem suam recepta: nec tamen satis sincera adhuc pax processit. sed certe, vt videtur, ad crisin tandem perventum est, et ni Scoti turbauerint, quod haud facile futurum creditur, horum tumultuum finem aliquem habituri sumus, eamque tandem firmam, simodo rex sese interponere dignabitur, vtramque partem, tanquam sequester, coniungendo. milites, qui iam sola dominantur, potiorem mercedem Ordinibus, et omnes, qui post dissessum prolocutorum, reliquorumq; coetuum, qui ad exercitum sese contulerunt infima plebis tumultuantis minas, vimque, a qua se metuebant, aperte offugientes, comunem Ordinum prorsus exclusorem, tanquam de rep. pessime meriti. Utinq; sanè fata quæ regem in suas partes traduxere: cui enim accedit, vt res nunc fluunt, is facile victor erit. quippe nec regij solum, sed plebis fere omnis, et prudentiores quique, et reip. publicæ amantes in regem iam valde inclinant, insigni documento vicissitudinis rerum omnium humanarum. is vero adhuc fluctuare mihi videtur, nec satis statuisse, quibus accedere sibi tutius sit, temporibusq; insidiari, consilium ab eventu, rerumq; successu capere volle, alioquin stultissimum, vt inquit ille, operum. Offendi nuper inter libellulos aliquot modos infimi ordinis reperto, iam enim Bibliotheca post quod tot annorum (tandem sanè tarda) exulauimus mecum iterum redijt, librum illum de Coloniis Wil. Alexandri, quem olim a me postulasti, cum hac Epigraphe. The mappe, and description of New Engl. together with a discourse of the Plantation and Colonies: also a relation of the nature of the Climate, and how it agrees with those of some Countries of Engl. How neere it lyes to Nova Francia, Canada, and other parts of the West Indies. Written by Sr. Wm Alexander Knight. Lond. 1630. agit præcipue de Gallorum nostrorumq; hominum navigationibus in Brasiliam, partesq; Boreales Americæ quæ Virginia, Nova Francia, Nova Scotia, Canada, Nova Anglia, terræq; nouiter inuentæ. si tibi vlus futurum existimas, cito ad te adnolabit simul ac iusseris. Addi D. Cruzeni tibi transmittendum abs vicino meo D. Dewntor Colchicum Chium olim a te petitum, inuenies item hyemis meæ literis inclusum Semen Cochleariæ nostratis quod olim pro amica quadam sollicitasti. nondum quidquam amplius de vita Plinij. Rex nondum Windsore fuit, sed aliquando apud Stokes, quæ est domus filij Vicecomitis Fielding ex hereditate amici sui D. Eliz. Hatton. nunc apud Oatelands moratur, mense XXIII nonas huius Augusti fuit hic in domo Com. Northumbriæ quæ Syon dicitur, vt libros sibi inuisos obtrudat, et præsit, interfuit etiam prandio Princeps Pal. Elector. sed rex eodem die reuisus est, et deadventu diuæ ad Hampton Court aliqui necessitant, sed nihil adhuc certi ex multis artificijs habetur, non quod ——— sed potius, vt tam ipsi, quam plebi causam suam probent, inferiori Ordinibus, apud quos omnia sensu acta sunt, inuidiam crearent. Volim porquam laborent, vt mihi indices plura tam immane libri vestigia Gasp. Barlæi, vt ea omnino mea consilium capere possim. pigebit me, si non possim distinguere sexton Aquilegia refert abs reliquis Aquilegijs, quas hortulanus meus in suum finum satorum congessit, sed spero me ante Iulium tempus opus amicorum tibi ea in re satisfacturum, vel fallor haud ingrata reddunt Aquilegia vtrinq; genitrix femina. Carij ostyllati bix tanquam meum semen ferunt, et amici bix ad te amici futuri sunt, et indicio nota semen venari volunt. sed et de his alijsq; nihilq; plerumq; omittemus, vt possimus tibi tandem gratificari. nec mihi iam aliud occurrit quod te scire expedit. Deus precor vt te tuosq; omnes saluos florentesq; quam diutissime conseruet.

Thistelworthæ XXVI Augusti CIↃIↃCXXXVII

306

A Monsieur
Monsieur Jan de Laet

demeurant a

Leiden. /.

Loane this with mr Craco at his
house within Bishopsgate neere
the Black Bull Gate. /.

Nobilitæ Amplissæ Dominæ V. D. Sophiæ de Last Johis Mauritiæ

S P D Constitueram sane aliquandiu silere, etiamsi literas tuas ultimas iam diu acceperim, non quod tanta negotiorum mole plane obrutus sim; sed nullo magis, ut potuissem tibi aliqua boni de rebus nostris certo promittere, sed, præter spem aliquam, eamq; haud sane tenuem de-
speratione, nondum nobis illuxit satis felicitas. nec possum tamen, cum fumantem nostrorum
consilia, spes, curæq; speculatus fuero, illo modo desipere, quid porro populo tam optato,
toti regno tam salutari, imo plane necessariæ sufflaminari valeat. Satis scio inter-
mortales haud unquam defuisse, qui se solum, eamq; res spectant, publicæ insuperhabita
et plane postergata: sed unde evenit, ut isti tales in optimum virorum proborum, reip. pub.
studiosorum soli præualeant, haud facile diuinare possum. Lubenter vel fatis vel
gentis nostræ malo genio hæc omnia imputarem. pauciissimi sunt, qui non ægre hoc
sentiunt, incolumes nos esse non posse, nisi salua regis authoritate, stabilita monarchia
illa antiqua more, iustis nempe limitibus circumscripta; ad de bonis temporibus et hic fuit
populum dominorum regimini assuetum per tot secula, plenam libertatem haud satis
mouere unquam laturum. haud alia iam spes est, nisi prodigia, quam in militum
tandem animos deducantur, qui iamiam pulsari videntur. faxit deus ut tandem
vigeant boni, si qui sunt; mali vero, quorum satis magna copia est, vel ad bonam
frugem reddant, vel saltem confundantur penitus in malitia sua, ne totam
gregem in ruinam irremediabilem trahant. Deiciendum hinc mihi videtur tam
vetus quæ præpue solitus, quæ sese commendant vel ab artifi vel ab celebritate
eorum quos oculis nostris spectabant, quæ etiam cum tenderent, perridiculum, vel
fuisset protinus designare, nec non libros ad, quos olim ab te accepi, nempe Ilias
Linos illos Varini vel Salmasij potius, Epistolas Languetti, et Camdenij,
Vitam Pauli Sarpitæ, Plessæi, et si qui sunt alij qui tam numerosi mihi
non occurrunt, ut pergam ad. Crusium in Vsum huius præsentem istam
quam mihi nomine insumpsisti, respondeo; ipse enim in satis grandem sumam
exercuisse videtur est, amplius nil addo sed post salutationem officialis-
simam ab me mihiq; omnibus pecamur deum ut te cum tota familia tuorum
mihi amicos præcipue una cum Lycone et Liberis, D. Samuelem Lamum incolumem
conseruare dignetur quam diutissime.

Habes iam hic inclusam somen Caryophyllatæ
quale certe horto meo non producit, possum
tamen fidem meam interponere nihil melius
hic inueniri: habui enim ab amico, viro probo,
hortolano Comitis Northumbriæ. Semen alterum
Aquilegiæ est vtriusq; generis, flore pleno, et
variegato, diuersorum, et pulcherrimorum colo-
rum ex meo horto vtrumq;

Ex Ultrajecto xii Octobris cIↃIↃcxxvii

contra Gvol.	1. 12.
Varin. de transfubst.	2. 3
Languetti et Cam.	2 —
Vita pauli Serui.	1. 6
Plessis.	5. 15.
	13 — 6

ACADEMIA TRAIECTINA RHENO

387

A Monsieur

Monsieur Joan de Last

demeurant a

Leidon

Nobiliss. Amplissq. Doctiss. q. V.D. Joh. de Last Ephor. Mauritius

S.P.D. Literas tuas XVIII Novembris Scriptas Londini accepi, ubi diutius egoram aliquibus negotijs implicitus, quod in causa fuerat, ut non citius tibi responderem potuissem; nunc tandem domum reversus, haud aliud habentius ago, quam ut tibi quamprimum satisfaciam. auditis haud dubio iam diu regem exactos, et in insulam Vectam secessisse; nec desunt tamen qui suspicantur regem suorum credulitate, fictaq. periculorum ostentatione deceptum in vota sibi tonsa incidisse potius, quam in tutum evasisse. quid enim officiosa negotiant, quibus fides nulla fraudulentia, et rusticitas est? jusjurandum Ludus et jocus. et certe in fidem, quam promiserint, praestandam porro pergant triumviri isti militares (nomina satis nosti) actum erit de regijs. et si fidem tandem praestaturi sint, laudo tamen admodum adhuc procedunt, ac si tempus callidis insidiarentur, ex re consilium capturi. quod mihi suus non magis libum mandt, quam nescio quos scrupulos mihi injecit, ut facile mihi persuaderi patiar, non omnia recte sincere q. procedere, nec in hoc tractu Borali, ubi gentes plerumq. animosi sunt magis quam callidi, Scoti Lysandros, qui ut quos vos dollarijs et tragematibus, sic veros pollicitis et divinijs decipiendos putant, transmissuri sint iam regi. dum do Scoti assentiantur propositionibus votatis, nec omnino mollioribus, quas rex hactenus audierat, ubique potius tractatum, ut vocant, personalem, ut vos omnes colloquio mutuo tandem transigantur. quidam interim offert haud respuenda, ut mihi quidem videtur, alijs vero, ijsq. forsan prudentioribus non satis probata. Scoti hac in re regi accedunt, nec abnuunt Optimates nostri regi satisfacere, his conditionibus p. literas, ut vocant, prius firmatis. 1°. ut militia in Ord. potestate sit, quam rex durante regimine suo saepius obtulit, modo ad suos postea redeat. et hic etiam tantum regi concedant, ut de hac cautione ultima altum sit silentium, quo utriusq. sic satisfiat, nec quicquam suo scilicet cessisse videantur. 2°. ut rescindantur acta et edicta quecunq. contra Eccl. 3°. ut ij omnes quos rex in Parlamento nuper coopertavit ab eo tempore, quo Custos M. S. D. Litlestonus una cum sigillo Oxonium authoritate tantum temere Nobiles fuit, nec inter reliquos sui ordinis suffragia ferant, nisi de posthac consenserint. 4°. ut liceat Ordinibus parlamenti transferre in alium quemcunq. ipsis libuerit locum. addo de minutijs hisce et juris quasi apicibus oriundis, de quibus inter se disceptabantur, dum nos interim perimus, rapinis et rebellionum militum minus quam servilitate obnoxij. at dum haec scribo rumor jam audio personalem hunc tractatum XXVII hujus mensis tandem concessum fuisse, nec tamen regi licere ex insula transire. ego vero vix credo regulos nostros plenipotentiarijs, strictissimis licet instructionibus, compositis rem totam transigendam unquam commissuros. quod si ita sit, quid, quaeso, interest putes inter hunc tractatum personalem, reliquosq. qui jam diu frustra fuerunt? spem mihi facit D. Cruzo Gangrenas nobis neutiquam poriisse, sed potius mandat dilaceriasse, cui commiserat, haud miror, Commentariolum meum de Colonijs non accepisse, nec enim misi. excerpsi enim breviculum totius libelli, ut despicere potuisses, an tibi hoc futurus sit. jam vero D. Cruzonii trado, una cum Symbolis primalis titulis, qui jam praeter illas quatuor jam editas libros, quos vereor ne Anglia accepturus sit, in hospitio Lincolniensi S. Clem. medico stipendio centum librarum utriusq. dictionum praeficiat singulis diebus Dominicis. Salutamus te ego mique omnes, bonumque comprecamur ut te cum tota familia quam diutissime incolumem conservet.

Istelworthae prid. kal. Decembr. CIↃIↃCXLVII

300

A Monsieur

Monsieur Joan de Last

demeurant a

Leiden. /.

Leave this with Mr Cruzo in Bishopsgate
streete nigh the Black Bull Anno. /.

Nobilissº, amplissº, q; V. D. Johi de Laet

S P D Dicuti hactenus ad te scribere, tuisq; xxvii Jan. scriptis respondere, nullam fane ob causam, nisi quod angore animiq; maerore oppressus, nec non curarum tedio tantum non onustus, nullum neque a Liberis, neq; ab amicorum consortio, alloquijsq; solatium potere sustinerem. neq; res nec privata adeo urgent; publica equidem sunt, quae nos magis angunt. quorsum enim morbos salutes gravescere, naves perire audimus, et iam gentes undiq; terrarum in nos conspirare injurgere mihi videntur; et cum culpa ad paucos, poena ad omnes aequaliter pertinebit. fontes, montes una cum ruina involvendi sumus, etiamnunc nos, non, ut alibi dijs, ad aequo ut nos homunciones pro pilis habent. neq; iam amplius in fecibus Romuli sumus futuri, sed in rep. plane Platonis Scoti nihilominus Pr. Car. Regem Brit. Fr. et Hiberniae publice gravamata, interpositis aliquibus propositionibus, quibus ipse subscribere tenetur, proclamarunt, quae quorsum eventura sunt, in dei manu; et omnia posita est. et certe timor, ne negotij nobis affatim aliquando facessant; adiuncta praecipue Hibernia, si modo principes Ordines Scotiae haud sane aurem praebeat. et licet conditiones istae minis iniquae futurae sint, videbimus, qui ipsi a consilijs sint, quantum abominanda, ut inquit ille necessitatis amarissimis legibus, et truculentissimis imperijs tribuendum sit, Non optima haec sunt, neq; ea ut aequa censeo: verum meliora sunt, quae quae vel omnia

Ut est apud Comicum. ijsdem etiam malis tota fere Europa iam conculcatur: nos soli, qui octoginta plus minus annos pro libertate cum potentissimis orbis monarchis bellum gessimus, ea obtenta alta iam pace flagitamus; qd sane tibi, nostraque aetati quantum possim maximo gratulor. Iamque precor, ut eadem nostra mutent. toti iam in eo sumus, ut Optimates, qui iterato bellum mouerunt in iudicium vocentur; eadem prorsus norma, qua nuper Rex, Byzantius plurimus ex Comitibus, militaribus, Civibus Londinensibus, nonnullisq; aliis ex nostris Ordinis, decreto Ordinum selectis, interq; nos, nouamque rempublicam indicaturis, nihil est amplius qd te scire magnopere operae pretium sit, nec mihi animus est in illis immorari diutius. omnia forte adhuc mihi sunt, nec mihi nisi ipsi mecum satis conuenit. tuae literae an tua saltem philosophia aliquid solatij mihi suggerere possit. Deum interim precor ut te cum tuis omnibus incolumem, florentem, Vigentemq; conservet

Datum Febr. 18° 1648. stylo vet.

ACADEMIA LEIDENSIS

Brassica Anglica
Minima.

A Monsieur

Monsieur Joan de Laet

demeurant a

Leiden. /.

Leamt this with Mr de Laet in Byfyeldstreet
by the Blacka Bull 1mo.

Nobilis Amplis Doctis q V. D. Joh. de Lasco Joannis Maurithij 85

S P D Ex libris tuis xxviii Martij scriptis, quæ heri mihi reddita sunt, video te in sententiam meam formæ transisse, in qua tamen quo iam mutare incipio, et potius in contrariam prorsus partem vergere, ex quo librarij in Britannia nostra Vlvico anatum scripsisse mihi affirmarunt libellum ipsis haud ingratum esse, pancarum chartarum in octava forma, adeo ut plerumque diuerso ab aliis modo compacti volumen, quales nostro idiomate stitchte Boecken vocantur, et haud ita diu postea ipsos bonæ spei fuisse quod scitu sit, non leuibus gloriæ cupidinem aliquot mutauerunt, ne mihi non multiplicem operam hauserint videantur. Est verbo haud satis æquum est ita ut rariorum librorum hominum sibi videantur. Et ubi ubi ad alicubi inuenire possent vel precio vel precibus haud despero me quempiam ad alicubi impetrare posse, vel precio vel precibus tibi transmittendum; cui nihil nuper ab amico quodam impetrauimus, qui haud procul ab isthi vicis degit, vt tam ibidem quam in Comitatu Paulina ostiatim et officinatim librum inuestigaret. audio olim Architecturam istam Gallicam Philiberti de L'Orme folio amissam fuisse, adeo vt, ni Schemata et figuræ maiorem operis partem occupent, quæ tibi in editionem tuam emittenda sunt, alterum exemplo ab instituto tuo adeo vagaretur. Dominum Librarium tuum adimpleo. de rebus nostris nihil omnino promittere possum. Cæterum res nostræ sunt, mira malacia fruimur, nisi quod hostes exercitus suos in finibus nostris alerunt ad vsus sit, ita vt iam iure possimus nobis vindicare titulum principis Hiberniæ quæ olim in insula Sanctorum dicebatur. et quorsum, scies, vt inopes militis populi sudent et sanguinem continuo profundendo id arte vetus cordatos, viros, pugnaces amandet vel militibus in Italiam ibus obsessos reservatos suspicarentur; ita nisi difficillimis rerumpublicarum conditionibus aliquot tam oculos quam animos instruendi tam regij quam Parlamentarij diuersi sint animo, est illos haud satis inter se concordare. Sed dictum sit. igitur de partibus, cum exitus pene omnes iam rerum suarum salvagant. et nos certe nihil scimus, vt ipsi quidem parlamentarij. inter paucos interioris admissionis consiliarios ita perquirantur, hoc solum suspicamur, eum nihil in publicum abijciatur rerumque omnium actarum et agendarum altum sit silentium, perpetuum rebus nostris bonæ spei augurium. accepi nuper Hermium et Melanchth. epist. non Schedium. Caesaris istam vitam ed. a Gabriele Naudæo, cum pensis hos, potiora quæque historiæ, publicæ vt mihi compares, vt et alium Fausti Socini, qui mihi valde adhuc defuit. numerum D. Cruzoni xxvii sol. absol. pro libris alis te alios accepis, et iam restant pro Hermia Melanchth. epist. vt videtur viii alijs qui deducti v pro Gangrenis et xvi denarijs pro Symbolis Amachami sunt expungendi, restant tibi tantum viii denarij. nec aliud iam restat, quam vt me tibi, et te, tuamque salutem deo commendem.

Vale Hebdomadæ xxv Martij MDCXLVIII

390

A Monsieur

Monsieur Joan de Laet

demeurant a

London

Nobilissº Amplissº Doctissº q5 V.D. Johi de Laet Johes Mauritius

S P D Distuli hactenus ad te scribere, non alia de causa quia ut inter a inquiere possem de illa Brassica Anglica, quæ eo nomine nec in Gerardo, nec in Johnsonio, nec in Parkinsonio apparet, nec tamen aliam ego conjicio, quæ quæ ipsis Brassica marina Anglica dicitur: dein hortulanum meum Londinum amandavi, ut consuleret triumviros nostros rei herbariæ peritissimos, Tradescantum, Morganum, et Blackburnum. consentiunt unanimes eandem esse marinam quæ amico tuo minima est, et in agro Essexiensi Cantianoq; ad Tamisis ripam, aliisq; locis propter mare frequenter inveniri, nec domi in hortis Botanicorum videre est. nostri enim ut alias ad te scripsi, lucrum magis quam ostentationem famamve quærunt. hue deinceps ros rediit, ut despiciamus, an quispiam amicorum ibidem loci degat, qui istam rem nobis curare et possit, et velit, cum semen maturuerit, vellem equidem non tibi solum per quam libenter inserviro, sed tua causa etiam amicis amicorum tuorum quantum possem gratificari. Dolco certe magis quam miror te tussi, grandine, morbisq; istiusmodi capitis, et pulmonum laborasse, cum nec astas fuerit, nec hyems tempestiva mundo solito nobis præbuerint; adeo ut novi aliquot morbi, vel saltem gradus valde molestiores haud immerito nobis exspectandi sint. hæc etiam annus totius duorsaeculi non solum agit in hac tenuiora mortalium corpora, sed etiam bovinum, ovinumq; genus luem quandam postiferam nisi deus laborant, omnesq; greges formæ tota, quibus hæc insula præsertim abundat, exanimis interiere: nec animalia tantum hanc cœli intemperiem sentiunt, sed et terra alma mortalium parens agros graves, sterilesq; fructus maturos imperfectosq; edidit, adeo ut hinc etiam ingentem morborum stragem oriturum vereamur. nec hæc nobis solum, quos nebulæ, malusq; Jupiter urget, sed Gallia etiam, Italia, nec scio an non et Hispania, hæc decennio comperio. et tamen omnia quasi hæc nobis mala ad interitum haud satis sufficerent, alia omnia nostro plane memento accesserunt, prælia, alia super alia undiq; civiles. egomet insuper exquisito hypochondriacis mihi olim haud incognitis, valde laboravi, quos dum medicamentis chalybeatis nunc expugnare conatur Excellentes. Medicinæ, ea ipsa pharmaca mihi in rerum, dolorumq; dolores, acriores equidem, quam qui Asclepiadis dicta sunt, comparant. at quam malorum summam accedit et hoc, quod non ut hactenus, privatæ res magis urgent. instant enim nobis, grassantur tot grauaminibus, ut vix sufficiam familiæ alendæ, nedum gonio indulgendo; adeo ut quod est, vita vix vita reputanda nostri illud poeta Quis humana sibi doleat natura negatis.

Nihil adhuc ad te de proto librorum, nec ego omnino rei in posterum modi mentionem feci, cuius causam tibi exponendam haud incognitam reor; libros enim illa paulo liberiores mihi fluxerunt. sed reprimo me. Deus te tuosq; omnes diu servet.

Datum Thistelworthæ XVII Apr. CIↃIↃCXLIX

391

A Monsieur

Monsieur Joan de Laet

demeurant a

Londen.

Nobilissº Amplissº Doctissº q D.O. Johi de
Last Johnes Mauritius

81.

SPD Dispordam si vnquam alias mihi ad te displiceuit nos petre, vt hoc ipso tempore; cum
Comunes adeo supine et impotenter sese gesserint, vt iam plebs tumultuarii magistratj
ipsis etiam nobilibus minorum gentium haud verebantur sese palam ostentare, regi hominibus
suffragijsq; xi Febr. in regia penitus abdicationem plane adnixos, et iam medius quietus
totus fere Comitatus Eboracensis, tam plebs, quam nobilos minores Londinum migrarunt, ad
petrulata sua vbiq; Domui exhibenda, vt non Maiori, prætoribusq; Londinensibus scripto
exhibita, typisq; data declararunt, se pacifica velle, abesq; vllius malitia, ibi q; tantum
sibi bellu, vt sua audeant, totius Angliæ grauamina Proceribus monstrare possint. idem
iam a plerisq; Comitatibus vicinioribus expectamus. Summa petitorum duplex fuit; scilicet vt
totius frustra expositus tractatus, personalis regi tandem concederetur; dein vt exercitus
persolutis stipendijs quamprimum exauctorarentur. et qui iam diu dominati sunt, eorum
nunc memoria lapidem. vt obliteratis fundibus et radicitus qua hactenus gesta sunt, Londinenses id
amorem sibi tandem conciliare possint, cui fini non turrim solum, sed et militia totius
civitatis ipsis concessere, vt potestatem. Veget enim metus a Septentrione, adeo regijs non
penitus prostratis, a ciuibus Londinensibus insulsa nuper tyrannide oppressis, domiq; adeo ijs
quos eandem et angunt odia habent, præsbyterianis. Cromwellus cum aliquot turmis
veteranorum, satisq; infimi numerum summa (Vide et de hac valde dubitatur) in Cambriam
mouit, ad motus istos componendos, qui acuo magis quam ferro sedandi constituit, vt expe-
ditius Septentrionem versus commoueri sese possit. Audio tamen Eruditiones nostros haud satis
bene animatos erga Domum Communem, quod non eo animo, quo Optimates potita sua nuper ex-
coperint, pontes istos, eosq; in Eurum transitus est, copijs suis insidiis, ne civibus aliquot Ordinum
clanculum et paulatim irrepant ad regionem subjugandam; istiusmodi etenim petitiones haud
nullum a defectione absonas arbitrantur. presbyterianos istos, quos olim tibi misi Byzantinum
scilicet, et Hyperianum, non vides alios ponos nos insanire, quos optare plurimum esset tibi transmittere
qui si tibi fortasse perirent, aquum est me tibi alios succedaneos dare. tu modo me mandis
haud defuturus. de Scholio certo, vt et in reliquis, iudicio tuo stabo. Conservet te deus, tuosq;
omnes quam diutissime incolumes

Datum Thistelworthi. VIII Maij ⅭⅭⅠⅠⅭXLVIII

392

A Monsieur

Monsieur Joan de Last

demeurant a

Leiden. /.

Nobiliss. Amplissq. Doctiss. q. V. C. Johi de Last Johes Mauritius

S P D Redeunt nunc eædem tempestates, quas nos olim ouasisse stulti speraminus. bella, prælia, cædes, tumultus, omnia spirare videntur, hinc Scoti, illinc regij bygot, me et plerasque pars plebis, quantum fando audiunt, et plus etiam, quam vel ratio, vel ipsa successus spes spondere potest. Ehou gladij Jehoua, vsquequo non es requisturus? recipe te in vaginam tuam, quiesce, subsiste. An nulla est amplius sapientia in Temani? periitne consilium a prudentibus? exciderunt sapientia eorum? eadem equidem dementia laboramus, qui ingruentium horum malorum remedia nondum inuenire quidem, nedum pati possimus. sed nihil graius Dominis nostris accidere vnquam poterat, quam isthæc defectio classis, qua præ cæteris gentibus, iuxta vobiscum polemus.

De Vitruuio isto m.s. compellasti D. Seldenum literis quarum exemplar hic habes inclusum, cuique ad me responsum; vbi quicquid mihi respondet ex vrbanitate quadam aulica, magis quam ex rei veritate accipio. verum ne liber iste Arabicus m.s. nondum redditus nobis impedimento fuerit, quo minus Vitruuio potiamur. et forte an quæ causatur non sunt plane ex nihilo. Obstruxerunt enim iamdiu, qui eum intimo et in cute nouerunt, D. Cottonum haud multum patrissare. mitto iam semina Aquilegiæ rosæq. Leucoiorum nondum maturuerunt. alias expectanda sunt. Narcissos præter eos quos olim a me habuisti, rariores nondum vidi. mitto interim, si forte tibi perierint, Byzantinum, Atlyrianum, et totum album, vna cum pride maiore fl. albo. habes hic etiam semen cuiusdam plantæ elegantissimæ, quæ nobis ex Borsali Angliæ plaga allata, vbi frequens est in pratis et locis vliginosis Kindyngvulgo dicitur. Ogridoga dallas, vel cornu Leonis ad genus Ranunculorum aut forte auricularum refert. semen nobiscum haud vsquam antehac tulit, sed quæ planta mihi ex semine inde allato, vbi sua gemis vivunt, orta sunt, semen perficiunt, et ex eo semine plures mihi plantæ enatæ sunt. facessites, vt in proximum ver semina aliquot herbæ vnicæ humilis mihi spondeas. Deum precor vt te cum tota familia incolumem florentemq. diu conservet

Estolwortha penultimo Julij 1628

ACADEMIA RHENO TRAJECTINA

393

A Monsieur

Monsieur Joan de Laet

demeurant a

Leiden./.

Nobilissº Amplissº Doctissº D. D. Joh. de Laet Iconos Nauritius.

S P D Speranorum iamdudum vos accepisse Vitruvium m. s. Gallicanum; nec possum coniecturæ augurarri, quid hactenus impedimento fuerit; nisi quod, vt tuis inuicis, mari vndique classibus infesto, quotidiana nauium combustione aliquatenus perturbantur. nec dubito quin D. Soldenus in re tali, cujus et solicito prospexerit, vt ad vos quamtutissime tandem, sors licet, perueniat. filius equidem meus nec mediocriter, multo minus inficias peregrinatur. attamen faueor mihi magis placuisset iter Gallicum vel Italicum. ipse mihi præstulit sors Gallicum electurum. nec Belgicum tamen damno, hoc tantum coram nomine, vt sibi caueret, ne mihi ansam præberet, qua minus Italicum ei subinde ministrare potuissem impune. quem miror adhuc de se tuam notitiam insinuasse, ne nobis scilicet grauem esset, tibi confiteor. ego enim iamdudum, cum Bruxellis foret, mihique significasset se Batauiam vestram cogitare, sors ei inuexi, vt quæ primum D. Boswellium vt regis nostri pene Ord. vestros legatum, tum amicum veterem, multis mihi nominibus colendum misisset, et modo suos nomine quam officiosissime salutasset. quod haud officium ergo abs se scilicet, nam eodem legato, mox Gallico, satisfactum iam fuisset, et facile haud et sine molestia sibi, cum vbique itaque degat negotium multo magis mihi displicet, quam quod Belgium vestrum Italiæ, Galliæque præposuisset. peregre mihi fuit, vbique tamen ea pars litterarum hucusque, qua officia mihi, filiique tua tam benigne pollicitus, neque hactenus dubitat esse maiestas nostra, vt nihil abs te petamus, præter consilium, quo inuenes mundi tyrones, et, quod amplius urget, peregrini præcipue indigent. speramus hic nihil hostile inter classes nostras actum iri, non magis de rendentiam vestrorum Ord. quam quod Hispano regni munimenta, muros, arcesque, quibus gentis gloria, salus, et confidit non tam præcipitanter in extremum discrimen, quasi per lasciuiam committi sint; vbi vtra pars vicerit, vtra certe gaudebit. nuncitarunt etiam aliqui non ex pluribus politicorum piscatum classis infestum olim regiorum factum nunc a partibus aduersis non adeo abhorrere: legatus enim cum vna cum tota legione Comitis Normanensis partes in Caledonia contra Parlamentarios defendendas secutus est, vnde merito additicius hactenus dubitatus fuit, de quo constanter asserat, nihil se egisse nisi ex tribuni præcepto, cui se lege militari obnoxium esse affirmat. sunt et alij etiam rei nauticæ peritissimi, et qui rei nauali curam hic in urbe gerunt, qui mihi in aurem insusurrarunt Warnicensem nimis remisse et frigide contra principem nostrum rem gessisse, cum haud contemnendam classis aduersæ partem ad se attrahere potuisset, cuius rei fidem ego certe non præstabo: hoc tantum refero, quod alij sere affirmare haud cessant, nil video quod iam possit pacem qualemcunque impedire; nam fessi militares qui leges agrarias sommant, vt remorem aliquem obijciam haud multi timeo. præcipue enim Ord. auctores, qui inter hasce turbas rem suam perquam bene curarunt haud credo æque animo tolleraturos hanc æqualitatem prorsus inæqualem; nec quomodo verisimile mihi [illegible] quibusnam, cum hi tam [illegible] licet iniquissimis pacem recusaturum, cum alias nulla spes [illegible] quod sibi, nec suis: et quicquid in hisce rerum suarum angustijs tempori, vt potius naues [illegible] concesserit, finis dubius, quantum saltem æquum est, sensim reduperabit. audeo nostro [illegible] et elegantissimum poetam Lucretium quam correctissime emissum, nostro an ap[illegible] [illegible] refert: ea enim est vestrorum Bibliopolarum elegantia, vt quicquid Librorum [illegible] habes sane, mihi tibi nimis molestus futurus sim, Volim. et iam nihil est quod amplius addam. [illegible] precor. Vale cum tuis omnibus incolumem, floreatque quam diutissime. conservet.

Datum Thistleworthæ xvii Oct. ɔɔ ɔɔ cxlviii

394

ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

A Monsieur

Monsieur Jean de Laet

demeurant a

Leiden./.

Nobilitis Amplis Doctis q; V.S. Johi de Last Johi Mauritio

SPD Nisi alia mihi causa iam superesset, graviter sane irasceror filio meo, quod nondum te invisit, quo nomine amicorum a me plurimi fiori satis norit, cum praesertim eum olim in Flandria peregrinantem monuerim, ne hoc officium, cum in Batauiam vestram veniret, ullo modo praetermitteret, nec impetrassem aurem ei vellicando rei, ultimis meis ad eum datis. Unde equidem verear, ne cum istis peregrinis suis, res suas omnes adeo profligarit, ut eum iam subpudeat coram te alloqui. Inscribimus ei literas nostras Hagam Comitis ad insignia hominis syluestris (the wild man in the Spie) quem si modo videro unquam tibi contigerit, oro te, ut eum hortaris, ut quam primum in patriam ad nos redeat. Utrique enim tam Ordinum, quam nobilium praetionibus adeo corradimur, ut non publica solum, sed et res nostra priuata perierint. Haud credo alium Cod. m.s. in Bibliotheca Cottoniana superesse, quam quem ad te, miserit D. Soldanus; certe si melior vel correctior mihi innotuisset, peiorem nunquam vobis transmisissem. Gratulor vobis de rebus vestris iam quietioribus, idem ut regno nostro tandem aliquando gratulari possitis, summopere gauderem, quod ut nobis, semel contingat, Deum O.M. precibus meis fatigare haud desino. Dolor ex animo vicem Principis Electoris Palat. Cumque nuper serenitatem quandam contraxi, adeo ut ne domi quidem inuideret tantus princeps, haud indigne natus sit) totius q; domus Palatinae; iuxtaque tecum sentio, haud alium ipsis esse superesse resurgendi, quam quae in hac ipsis solum iniquissima pace concessum, me iudice, unde tantum nummorum corradere potest, quantum ab ipso postulatur. quod Wallonus noster uxorem licet grauidam domum reuocauerit non tam minuit res nostras nunc futuras, quam iam plane uxorium sexum. animaduerto illa, ex ea gente prodijt, ubi, ut in accipitrum genere fit, femina dominantur. certe Ordines nimis rigide regem urgendo, ipso vero praefecto nimis, et obstinate renuendo (et certe de rebus, nec equidem indicijs, prorsus nihili. quid enim refert pro regis, totiusque progeniei regia, regnique ipsius salute, an ecclesia Episcopalitor, presbyterialitor, vel quidpiam ista regatur) non adeo consultando dilitigando protraxerunt, dum militos, subactis Wallis, Scotis, nostrisque adhuc superstitum partium, contractis in unum undiquaque copijs subvrbia iam Londinensia insedernut, hinc aulam albam, ubi Fairfaxius totius exercitus dux clauditur, illinc palatium alterum regium ad D. Jacobi, ubi regis liberi cum comite Northumbria educantur) equitesque regium (the Mewes) Ducis q ad Buckinghamij Palatium (yorke house) et iam non de ecclesia solum, sed et de republica nouo cudenda agitur, cum qui plus possent, in eam potissimum curam incumbunt, ceteri quorum res agitur, et in quorum capita faba frangenda est, partim nihil possent, partim plane dormiunt, et si aliquando exporrigunt, sibi met ipsis primatim consulunt, quasi, nauo republica subsidente, ipsis salus e procella enatare liceret. prouisit his apud nos tractatus pusillus de depositione, et caede Principis Turcarum. multis exemplum haud placuit, adeoque eruditur praecipue hypris datus, ut rem Christianis omnibus a multis hinc retro seculis prorsus improbatam, et inusitatam (credo haud plures quam Livios, historicos, quotquot sunt, unquam hebetibus suis commemorasse) haud ita nouam, sed familiarem magis, gratioremque nobis reddat. Hodie militos totius q; domus parl. intrantes Comitem Manchestriae, Wallerum, Massiam, et triginta plus minus alios abduxerunt. aiunt etiam circiter quadraginta Deputatorum, qui vel militum causa laudatos, vel factionis sibi consulentes, et fortioribus cedere fatioribus ducunt, in castra seruum fere confluere. copias etiam tam aequestres, quam pedestres in turrim Londinensem introduxerunt. Salutamus te omnes, deq; precamur, ut te ad tuis omnibus salvum, incolumemq; quod diutissime optamus, et tuaris.

Thistelwortha VI Decembr. stilo vet. CIↃIↃCXLVIII

395

A Monsieur
Monsieur Johan de Last
demeurant a
Leiden. 1.

I send this with mr Cruzo at his hayse in Bgs
gate drwte dogse by ye Black Bull Inne.

Nobilissº Amplissº Doctissº q; V.S. Johi de Last Johes Sauintius

Ita est sane ut dicis, et etiam plus quam dicis; non enim temporarios solum Iuris doctoratus insignitis sunt, sed tribuni aliquot, ducesq; inferiores in artibus magistri facti sunt. Sed utriq; gradum tantummodo, non doctrinam simul adepti sunt, quæ omnibus nostris, nec finitimis ejus fori. Hæc est, quam nec nuda ista ceremonia, nec locus sane conferre potest. neq; recte facis, quod de rebus nostris tam altum in literis tuis silentium fit, in quibus equidem nimis, et impune curiosus esse potes, cum et lingua, et olim incolatu ius plenum civitatis nostræ adeptus sis. animadvertes nos in hac nostra nova rep. nondum tam liberi esse videmur, ut sentire quæ velimus, et quæ sentiamus dicere liceat. nondum plane constat, quid tandem, quamdiu inter Principem et Scotos convenit, quæ omnia Hugo comitis vestræ acta sunt, adeo ut vobis infelix vix transigi possint. nescimus quo animus principis inclinet, an ad Scotos, an forsan magis ad Hibernos. Anglia certe, et res nunc sunt, sine gravi periculo vix tentanda est, nisi armato, et copiis gravioribus instructo; reliquique Europæ Principes, a quibus auxilium aliquod expectare poterat, adeo rerum suarum satagunt, ut vix ac ne vix quidem illa spes nunc superest. ni pax inter Gallum, et Hispanum aliquando coalescat, ipsique Hiberni adeo inter se dissideant, ut vix credam, principem salutem suam, spesq; omnes ipsis credituram. Utrumq; acciderit, in rebus dubiis aliquantulum sorti concedendum est, nec Henricus septimus noster, nec Henricus quartus Gallis tanquam regum optimi esse sunt, nisi aliquam fortunæ copiam tentassent, repudiatis tutioribus consiliis. at qui sunt Principi a consiliis, res suas, salutemq; fortasse nimis respiciunt. Nostri Hiberniam iam sere capitat Butlerus, Dracibus Cromwellio, Gondreq; duq; Grotono; nusquamq; interim nescio quid de Scotia, quasi illuc brevi suas commeaturi tandem sint, ne strattiotibus scilicet, qui solus fere nobilium regiis partibus adhæsere, prorsus succumbat. de Collectione ista Declarationum, Orationum, et Ordinationum Parlamenti scire te oportet duo volumina olim exisse, primum forma quarta, ultimum iam folio, utrag; spissa opera. velim mihi significes utrum horum mavis, an utrumq;. Ultimum enim incipit, ubi primum desiit. nil aliud vestigq; quod te scire conveniat. Deus te una cum tuis florentem incolumemq; conservet

Thistelworthe XXVI Junii MDCXLIX

Quamprimum calores remiserint Principem adibo; interim per amicum ipsi notum, ipsum certiorem faciam de his quæ mihi scripsisti.

ACADEMIA CANTABRIGIENSIS

396

A Monsieur

Monsieur Joan de Laet

demeurant a

Leiden. f.

Nobilis^o Amplis^o Doctis^o q^z D. D. Johi de Last Johes Mauritius

Haud facile dixerim quid de rebus nostris tandem futurum sit, ita fluctuant omnia, vt nihil certi sperare, nedum pronunciare possimus. res Hibernicae tanto ad modum procedunt. copiae aliquot nostrae haud contemnendae, equestres, pedestresque Dublini appulsae sunt, ita vt Ormondus iam sibi, suisque caueat magis incipiat, quam obsessos, vt antea tanto de tam hic regij quasi de urbe iam capta triumphant. vtrinque sponsionibus hinc inde certatur. Cromwellus ad huc Britolia haeret, nec de profectione victoriae cogitare creditur, dummodo ab hinc anno auro onusto rex suas in Hibernia conficere possit. certe tot his istis argentois non nunc primum certamus, cunctantes solum, non solligerantes. et copiae iam transmissae satis esse videntur ad Hibernorum conatus reprimendos, ita vt istinc, tanquam e speculis omnia pericula vel ab Scotis, vel ab extra timenda praeuideri, et praecaueri possit. sed haec omnia, vt res in motu, et in fluctu incerta admodum. vt, et quo tendunt tandem, vix diuinare possumus, in eo hominis praesertim, qui, vt olim Domitianus, simplicitatis, modestiae, et religionis imagine, in altitudinem conditus est. nec desunt tamen qui suspicantur monarchas potius mutatos, quam monarchiam ipsam abrogatum iri, cum in tota historia vix vnum aut alterum reperias, qui solum istum dulcissimum dominationis non obuijs vlnis appetierit. transeamus iam ad ea, de quibus aliquid certi audacter promittere possumus, et sunt ista, quae de modo tenendi parlamenta memoras. is est magnus liber de titulo quem sapius vidi in Musaeo Cl. Seldeni, nec non in Bibliotheca Cottoniana, et penes D. Willelm. le Neue Eq. aur. cuius origo ad tempora vsque Saxonica a quibusdam extenditur. mihi vero haud ita videtur, nec ipsa parlamenta nostra, vt nunc sunt, et in libro isto describuntur, tam altae originis sunt, sed posteritas, et per varias aetates in hunc quem iam tenent modum successerunt. is est mos tam rerum ciuilium quam naturalium, haud vno impetu ad exactum suam acquirunt, vt videre est in politia Romanorum, et nunc in ista exactissima Neerlandorum. nec possum non credere, quin resp. vestra Batana etiam paulatim in maiorem excrescat structuram fiet. prodierunt intra hos octo decemue annos plures libelli, κατα φιλολογους, si ita loqui licebit (nostro idiomate pamphletes) de nostris parlamentis, quos omnes, vel saltem quotquot nancisci possum tibi curabo transmittendos. istiusmodi nanq. libelli simulac prodierunt venales sunt, facile q. comparantur, sed subito distracti, nec amplius praelo subduntur, ideoq. difficillime rarique inueniuntur. sed dabimus seriò operam, vt tibi quam primum satisfiat. perueliim scire, an orchis ista apiformis, quae tibi perijt, ex semine isto prodierit, quod tibi olim miseram. nescio enim an planta ista semen perficiat ad suae progeneris propagationem. mihi enim forte cum nullam omnino plantam progenuit. si ista vestra ex semine modo prognata fuit, ego satis magnam copiam tibi suppeditare possum, et volo; singula enim planta pomis nouem aut decem foliculos crassitudine semidigitali semine turgidos format. Deus te cum tuis omnibus saluos, felices, florentesque quam diutissime conseruet.

Thistelwortha vi Augusti 1649

ACADEMIA REGIA TAURINENSIS

A Monsieur

Monsieur Joan de Laet

demeurant

a Leiden. /.

Nobilissæ Amplissæ Dochiæ q; V. D. Joni de Last Johes Mauritius

S P D Licet literis tuis respondendo nuperrime te compellaverim, non possum tamen etiam nunc omittere, quin domui tibi altera scriptione molestus sim, præsertim cum quædam nuper acciderint, quæ te quamprimum scire forsan tibi haud ingratum fuerit. Intelligimus abs D. Jonesto Dublini præfecto Ormondum copias aliquot ad flumen abs obsessis interripiendum amandasse, ut eos cæderet, cæteroq; auxilio ex Anglia prævaret. nostri vero, illi præcipue, qui recens illuc appulerant, non ferentes undique obsideri, prorsusque includi, sine spe commeatus suorum ex Anglia, urbe undique obsidiori, prorsusque inclusi, sine spe commeatus suorum ex Anglia, urbe egressi Ormondanos fortiter repulerunt, cæsisque ibi ut victoria insuperbiti, spoliisque ditati, haud sese continere potuerunt, quin statim castra ipsa Ormondi oppugnatum irent. quod haud frustra ipsis fuit. Sic voluit fatum infaustum, infelicis simumque regiæ familiæ Stuartorum. 4 millia Ormondanorum ad prælia succubuerunt, ipsiusq; Ormondi tentorium cum cætera supellectile castrensi, bellicoque apparatu in prædam militibus cessit. multi victoribus captivos sese dedere plures fuga sibi consulunt, inter quos subrepalus ipse noster qui otiosæ domi negotias aliam spectandum ut est nostrorum plerumque ex eventu judicium ferre, arbitramur Marchionem paulo inconsultius rem attentasse. adorat enim fortunam cum veteranis suis haud contemnendis vel numero vel viribus, et Baro Ardsiæ jam in itinere erat, ut se Scotosque suos cum Ormondo coniungeret, ad urbem undique circumsidendam, adeo ut certo sciri potuerit obsessos minime eis permissuros, ut beneficium fluminis unquam eis eriperetur. neq; hæc tibi fama solum author refero, sed ab centurione quodam cui Ottway nomen, ipsius præfecti, qui prælio etiam interfuit, literisq; Jonesii ad Consilium scriptis ut vocant, plurimis aliis, qui prælio etiam subiecerunt. nec deest mihi altera etiam causa scribendi, nam seminarule plus minus postquam literas meas postremas vii Augusti scriptas ad te dederim, amicus quidam meus mihi libellum quendam secum tulit recens impressum de parlamentis nostris, multos elegantius concinnatos quam quos prioribus meis ad te memoraveram. author licet nomen suum supprimat Sodalis vocatus Academiæ Cantabrigiensis alumnus quondam, vir apprime omnibus, nuperq; magister Cancellarius, ut nos loquimur, qui nomina dignitatis est in domum Optimatum altero citra Trentam domos comitatus cum maximis precibus. in quo libro innumeris locis et omnia eam lectionis ordine tamen minime contemptibilem in tota tractatione, ut mihi equidem visum est, et tamen pauca sunt, quæ tenuiora videntur ad scriptorum complacentiam, adeo ut temporibus infidiari videatur. sunt, quæ tenuiora videntur ad scriptorum complacentiam, adeo ut temporibus infidiari videatur. utramq; mitto tibi una cum hisce exemplar, si modo Cæsari nostro occasio commoda obveniat illud tibi transmittendi. restat jam aliud, quod ut in tuam notitiam perveniat, mea solum interest. Historiam naturalem Brasiliæ novum totam plagram, cum scala formæ ad finem elaborari cœpisse mihi duo folia, quorum brevia scripsita sunt ii alia ex libro altero Pisonis. Vide sodes amanuensis mihi tandem supplere possint. quæ desunt exponenda sunt Lib. iiii Margravii cap. 50 et sequentibus quatuor paginis 91. 92. 93. et 94 libris M 2. et 3. haud scio quantum in arctum sim. satis scio nondum tibi satisfactum esse pro libris quos abs te olim accepi, nec unquam mihi constitit, quæ tua est modestia de pretio eorum. sed ne committas, quæso, ut ista tua modestia meam nimis onerando fatigat. ante scire, an epistola ista Bongarsii, quam olim mihi promisisti, adhuc habuerint quæ perlustrarem. audio te de Dcl. Salmasium aliquid meditari de rebus nostris controversis, etiam quidam mihi sancte affirmat se pagina aliquot ejus istius Salmasiani videre, inhibet amplius dicere quæ qui notum istiusmodi rerum nostrarum est. precor etiam ut te cui huic quidem notissimus tuebatur. Londini xvi Aug. 1649

398

1699

17 Aug:

A Monsieur

Monsieur Joan de Laet

Demeurant a

Leiden./.

Nobilissº Amplissº Dominº q. V. D. Johi de Last Jonas Mauritius 94

S P D Declades, quam Hiberni a nostris nuper acceperunt, haud credo te quicquam accepisse potiss. Diuersum ab eo quod tibi postremis meis significaui; et iam, vt victoriam plenioremq. consequi possint, Cromwellus, contra quam prudentiores apud vos existimarunt, in Hiberniam trauexit, et aliquot dierum induciis suis bullitis conchis, vt corpora reficerent, vbi exegit, vt cum hoste congrederetur, qui iam circa Droghedam castra metabatur. Duo millia tyronum sibi mitti petijt, vt oppida, et munitiones opportuniores contra insultus, insidias, q. hostium firmaret. quod ansam dedit hic quibusdam suspicandi, et inquisitandi nescio quid de clade ab Hibernis accepta. quod mihi equidem videtur non ex alio procedere, quam quod victi cum causa coiuerint, non tamen ferociam simul exuant, sed victorias mirabiles sibi somniantes, talibus susurris, fallaciisq. suorum animos statuminare annituntur. Quid ads te dicam? nostros hostes in obsessis vt cum hoc foedus meant? quod nisi ab te accepissem, et quod de eo in Comitatu Ord. Vestrorum deliberatur, vix, ac ne vix quidem crederem. nam praeterquam quod in proximo gradu cognationis sint, Dominus semper Regi, Principiq. contra Ord. nostros suppetias tulit, nec facile sane suspicarer tam tanquam malum postam in extremo actu belli deficere. De modo tenendi Parl. ita est sane vt scribis. nam praeter illum p. grandem Cod. m. s. et antiquum, alius nuper typis prodijt, triuio plus minus quadrinionum, eodem titulo, autore Elsingo Cler. Parl. Domus Optimatum patre ictius, qui nuper fuit Cler. Parl. Domus Com. sed exemplaria formae distracta sunt, ita vt ne vnum quidem mihi videre mihi detur. nec tamen omnino despero, tandem aliquando exemplar vnum alterumue inuentum iri, nam aliquot Bibliopolae iam rem operam suam mihi promiserunt. Lambardus olim praetor Archaionomiam. i. Leges Vet. regum Saxon. quas nuper D. Reg. Twisdeus Eq. aur. cum additamento aliquot aliarum Legum Vet. in Lucem emisit, alium etiam scripsit titulo Archion, or of the Lords of Fulfield quem etiamnum in Musaeo meo m. s. seruo, nunc vero scilicet anno 1635 nescio quis in Lucem emisit, et si ita sit, quam vis, et non patiis Archaionomia illa iterum excusa, tranquillum tibi exemplar meum impressum, nisi aliud prompt. Bibliopolae nostros praebet. De libris Iustitiatorum D. Coci haud credo te velle plane quae scribis; sunt enim quatuor vel quorum primum Litteratum nostrum, quae est Glossa ordinaria in ius nostrum municipale tam totalis, et est illa Iustiniani Imperatoris ad ius Ciuile Rom. 2. Leges antiquae, scilicet magnam chartam, Chartam de foresta Vet. inter se latae; sunt q. progrediendo Vol. 3. Fitzherbertus tantum cognitionis tractat. de praerogatiuis, aliisq. placitis Coronae, causisq. criminalibus. vltimum eiusdem argumenti cum illo actore Lambardi meretur locum in tua Bibliotheca. 3 priora iurisperitis solis in scholis sunt. Si vis omnia, quae Sol. nostratibus plus minus constabunt. vltimum non nisi Sex, vt ne minimi quidem Salmon octo. Iuba dispicias quae tibi magis arridebit: ego haud grauate de re curam meam impendam. ego semel saltem ortus sum me semina olim Cerebri, quae tibi misi, sed vbi de vallis inde plantas tibi onustas. etiam hic in pratis vbinis nascuntur, id quae spisse, sed in hortos etiam cum propria terra translata non nisi duos vel ad summum tres annos viuunt, cum ibius terra, in qua adoleuerint, vigor euanuerit. semina etiam ista planta nobis Birdseye dicta, quae tibi transmisi, nec inaratura, nec sarrura, nec vllo fuit nam nec mihi antea, nec cuiquam in hisce partibus australibus cognitam semen perfecerunt, quod inde oriretur, quoniam semen ex agro Eboracensi, vbi adeo spisse progignuntur. vt ipsum granum, mihi transmissum fuerat, vnde multa mihi plantae enatae, et iam quasi ciuitate donatae, semen, vt in patrio solo, passerim ferant, et exinde quotannis mihi obuiam plantae progignuntur. sed hoc fortasse vos latet, quod non statim oriuntur, sed sex, septemue menses sub terra delitescunt, priusquam vt aiunt ortum suum cognoscant. valde mihi displicet, qd tempore iam sationis peracto, multa mihi semina reliqua sint. est enim polygamus planta, omnig. bria genera plenis medio sunt flores nempe albo, et purpureo saturo, et dilutiori. mitto rem tibi frigenti semen, si modo Cruzo nostro earum transmittendi curam gerendi. nostri die Dominica proxima aliquot Ecclesiarum Londinens. pastores ex ipsis suggestis adduxerunt, et contemptas Ord. constitutiones de die Mercurii sacrificia ad gratas Deo agendas de victoriam nuperam Hibernicam. de ferocius Ord. in eos inuehendo credo, vt eo terrore animos eorum frangerent, citius et facilius ad concordiam cum indispensabilibus eos impellant, nam de ea etiam serio agitur. si semina istorum Rom. tanta tibi copia fuerit, vt aliqua saltem eorum parte potiris amicos beare, peregrate nobis adnuisti. libenter enim experiar, an solum, caelum, q. nostrum eorum salubri salis congruat. dedi Cruzoni nostro iam nudam libellum de parliamentis nostris recens excusum ad te transmittendum, de q. eo iudicium meum; sequuntur iam aliquot alij studiosum argumenti. Salutabis quam officiosissime abs me, vxore, et filiabus, de omnq. pecunia, vt vos omnes incolumes et felices conseruet, et tueatur.

Datum Thistelworthae XI Sept. CIↃIↃCXLIX

399

A Monsieur

Monsieur Jean de Laet

demourant a

Leiden./.

Nobilissº Amplissº Doctissº q. V. D. Johi de Last Johes Mauritius

S P D Eodem mod die quo literas tuas IX Sept. scriptas accepi, nempe die Saturni penultimo Sept. accepimus ex literis Cromwelli ad Concilium status, ipsum cum gondro fratem, oblata primum Ormando, nec accepta Eliz campestris alba, Drogheda corona caperd coronata, nec sine strage repulsum, ad de Dut fuit, non nisi presumptibus etiis, ad idem domo tentandum plus dore potuerint. obsessi enim circiter tria millia, triplici valloq; fossaq; intra muros sese munierant, quibus tandem secunda impressione perruptis, oppido quo capto, cunctisque, quotquot reconti militum furori obtulerant sese dant obtruncatis, soli centum quinquaginta plus minus hostium in turrim quam ipsi subducentes salutem sibi quæsiverunt, hac conditione, ut in insulas Americanas Barbados dictas transmittantur. ipse oppidi profectus Arth. Aschomus eq. auri vir impiger, militiæq; gnarus, Rodingi olim, et Oxonia recens sub rege gubernator, cum aliquot tribunis, subtribunis, fratre q; Vicecomitis Taf Hiberni, Ord. S. Aug. cum promiscua militum plebe ibidem periit. quæ quidem sors institiam militarem, seu crudelitatem vocant manes, adeo regionem vicinam circumquaq; perhorrescit, ut tria oppida munita, Trim, Dundalke tortium mihi excidit, militibus effusa fugientibus, in manus nostrorum sine cæde et sanguine pervenerunt, exinde alius nuncius Blackmor quidam Sayeoubus major, ut vocant ipsius Imperatoris ab ipso bonis cum cortibus totius rei ferit, cuius adhuc nihil ad nos pervenit, quam quod aliud oppidum nuper intercepterunt. nec omnino dissa sunt hæc ab iis, quæ olim suspicabamur, mihi enim multotiens fidem fecerunt tribuni aliquot regii nostrum, qui hisce tumultibus Hibernicis interfuerunt, Hibernos veteranos, et quorum fama cum laude, sumaq; sub rege Hisp. fama in Belgio, alibiq; militarunt, in propria patria nihil omnino valere, consisti enim paludibus istis, sylvisq; inimis, aliisq; locis inaccessibilibus, vix hostium primam impressionem sustinent, sed subito dissipati, abjectis armis in cuniculos istos, latebrasq; sese abdunt, qui et plurimi obsessorum est in bello nupero Hibernico post stragem illam et horrendam carnificinam nostrorum, cum Coote, Grandvilly, Harcourty Richbelly cum quadringentis nostrorum tot millia illorum profligarint, atq; hanc male armatos, et sub insignibus militiæ ducibus Preston, et Owen Roe Mac Art Oneale qui multos annos in Hispanica militia haud sine gloria Ordines duxerunt, cui quidem nihil magnum opponere potui, nisi quod mihi suppetias quædam subinde subsidio prudentia Ormondi, qua tanta valebat, ut facile crediderim eum potuisse militiam Hibernicam in aliam, et longe meliorem formam reducere, sed vix do tantum, naturam expellas furca licet, usq; recurret. et credo mihi exercitus iste noster est Legio magna diabolorum, ex infima plebe excepti paucissimis ordinibus conflata, quibus ignota prorsus sunt omnia bita dulcedines, qua animos mentesq; hominum oblectare solent. qui mihi notum fecerit de tuis Salmasij scriptis circa controversias nostras ecclesiasticas mihi integros, vir probus, doctus, et quod alia not fratres in regijs tribus præbuit, binosq; etiam mecum habet cum Montrosio, et qui ex quo post mensis mag ad te dedi, scriptum est tuum vidit in Bibliopolio quodam septa nostratibus venale, estq; partim versio quorundam selectorum libellorum, qui intra hanc sella ultro citroq; provenerunt, partim est resp. ad Romanstrantium militarium istud ad tractatum privati abruptum, regem in suam potestatem abripuerit, forsan amico memoria labascente potuit, certumq; nihil constat de tot Salmasij ex eadem pendet, quem non pauca laborantem regem. Caute credo agit Solidum ad reliqui senatoribus consilia miscere, sibi certa et mutis canit, publicis q; ut nunc sunt rebus, consilijs prudentissimis et sani pauci sunt, quibus cor bene salit, vel qui paulo sibi nimis sunt, qui post tam immanem et horrendam rem pari, impositam, sibi modo indulgent, et cum cæteris cedant,

400

ACADEMIA ONEN

Hæc amanuensi dictabam ad te exarari exquisitiss. calculi doloribus bisse x diebus ex-
cruciatus, et tantum non exanctus, ita vt nondum tibi satisfacere possim de planis
istis, de quibus me compellasti vltimis tuis. Sed remittente paulisp morbo, constitam
mihi resistas tibi curandos. nam sine me nihil iam in horto agitur, ex quo hortu-
lanus meus exorari potuit, vt in formitum foro dederit Comiti Leicestrio, et qui iam mihi
seruit mercenarius est. Dos mihi inducias pauconi diem, ostendam, concedenti mihi no-
phrithe non committam vt tibi non satisfaciam. Bina folia, quæ mihi desunt colloca
nda sunt lib. VIII Maregraui pag. 275. 276. 277. 278. litera Mm 2 Mm 3 Vc. no
bilissimi epistolarum Bongarsij, si modo lingua peperint. Deus precor vt te cu
tuis incolumes florentes q conseruet quam diutissime

Ipsthlwortha 11 Oct. 1593

A Monsieur
Monsieur Iean du Last Seigneur de
Loisons.

Nobilissº Amplissº Doctissº q; V.D. Johi de Laet Johes Mauritius

46

S P D Ego equidem postquam literas istas ad te dedi, coniecturam feci de fauore Danico, eo modo, quo tu scribis, et cum literas tuas denuo inspexerim, videbam, ubi tu dixeras, vestri iam foti sunt in fauore scindo cum Dano, lituram in verbo vestro, quasi illud in nostri tandem reformare meditaremur. ego etiam facile coniicio tolonium illud Sondyde cum pecunia inde Dano mutuo data in nostrum tandem perniciem erupturam. de rebus Hibernicis nihil amplius nouarum accepimus, quam quæ ad te nuper scripsi. recentes literas habuimus, quæ confirmant Victoriam Dublinensem, et Drogheadanam, et aliarum ibidem oppidorum redditionem potius quam expugnationem. de principe nihil certi habemus, an sit Tadomi, vel in insula Jorsia, vel etiam S Germani, Cram et nondum Galliam reliquisse autumant nonnulli) adhuc non satis constat. certe cum iam Hibernia tota post tales victorias nutet, vix credo illum salutem suam illis comisisse; ad Scotos potius vt se conferat, magis ratio eum consonum est ipsorum enim multum interest, vt rex Scotorum etiam Anglia imperet. de totis illis semper, et tanta emolumenta quotannis supputabant. et etiam nunc sitatur hic Scotis cum regi satis bella comminor. liber ibendo modo tenendi parlamentum nec est antiquus, nec suppolitius, nec nuper equidem, qd fieri recusus, sed recens excusus, et iam exemplaribus distractis, non omnino comparabilis; sed hoc possum ab amico quodam extorquere, vt exemplar m.s. fide data retinendi, mutuo tibi dare possim. dixi aliquid de authore in postremis meis ad te scripsi. ego iam suspicor aliquot elapsis, ollam suspensi tibi transmittendam cum aliquot opsibus Gadicis, trachelio Andricano (qui etiam flos Cardinalis dicitur) et forsan aliquot Orchidis, si modo licuerit mihi cum bonavoria huius malvaticæ nephritibus mihi iam totos quindecim dies tyrannice dominantibus D. Trouer eq. aur. adire, qui quotannis centurias aliquot illarum ex pago Esseiensi emendas et mittendas sibi curat, nobisq; amicis distribuit. in qua rem scripsi olim Cruzem nostro, vt quamprimum occasionem comodam nanciscatur mihi significet. a quo nullum etiamdum verbum accepi. quid in causa sit, nequeo diuinare, nisi qui, vt tute iam scribis, nauta ille, de quo in prioribus tuis scripseras, alio profectus sit. sed, vt mihi equidem videtur, haud defuturi sunt alij. de proposita regina Suecia in literas, et literatos alias accepi ex imenso stipendio, optimisq; conditionibus D. Rauis hic apud nos degenti, oblatis, vt in Academia vita Boreali linguas Orientales profiteretur. nec dubito tamen quin in epistolis suis principes isti, et magnates alios tam ingenio, quam stylo vtantur. ita sunt, vt vix ex isto vngue leonem æstimare possis. vt vt certe laudari et prædicari merentur, quæ gloriam sibi comparare studet, fauore erga literas, literatosq; vt parentes suum, pullus ille Martis, studijs bellicis. iam nunc vidi literas Fraseri Scoti medici regis, altorinsq; aulici Jorsia datas, vbi etiam regem esse manifestant. de Bibliotheca regis (hæc enim sunt, vnam ad D. Jacobi, altera ad Fulam albam, sed fama fuit, quam dicis, et Petrida Patriarcha fundepondentium data fuisse, sed vt sunt secundæ cogitationes melliores, ne nobis pro ponga, donationem reuocarunt, nec credo vel libros, vel numos amicis quos donabis futuros. curabo vt quantum vel. Coci ad te transmittatur, et qua primum nauis istorum soli fuis, vel per me, si per mortem licebit, vel saltem per alium præstabo. horum quos ab te accepi, solus Schickius de Diis Germ. et Salmasius contra Defidenium Heraldum nota aliqua signati sunt, reliquorum pretium ne diuinare quidem possum. antequam has obsignarem adeo pinus oppidum aliud maritimum ex præcipuis Hiberniæ Waxford nomine satis bonis conditionibus a ciuibus in manus nostrorum tradetum esse. Deus bene omnes incolumes seruet.

Jstelwertha xi Oct. MDCXLIX

401

A Monsieur

Monsieur Joan de Laet demeurant a

Leiden /.

S P D. Nimis certa, et inauditata sunt, quae ad te dudum scripsi de rebus Hiberniis; ego ex quo Cromwellus etiam aliud oppidum satis munitum (Waxford) corona cepit, eodem fere modo, quo antea Droghedam. totum pectus in arce gladij posuit, et vix mihi fidem narranti videbatur tot viros, imo milites, et veteranos tam multos coactiles, liberae quippe ex ipsis castris volunt haud pluresquam ex suis in expugnatione caesos. tantam hominum, licet hostium, quia homines sunt, caedem non possum non dolere: ast ipsissimum maxime partem, qui ducenta millia nostrorum promiscua caede, notario, et Bellino praesertim moerore, animis ab hinc fere novem trucidarunt, quorum innocuus sanguis caelum tandem penetravit. ita est quod Et scribis de principe. Latet enim adhuc in illa insula, et de se hic apud nos quam altissimum sit silentium! de felicitate autem eius mihi nimium Episcopum istum amicum nostrum, qui ipsi olim a studijs erat, antequam princeps a Gallia rediisset, quum rumor tantum sparsus esset de eius illuc traiectione, ipsi valde timuisse, praesertim cum ijs quibus abunde pecunia suppetat, nihil forte difficile sit, et cum illius potia berissimum sit. Nulla fidos unquam miseros elegit amicos. adeo sane dolle de fide aulicorum dubitavit. Comentariis etiam D. Seldeni in librum istum Fortescue (qui fuit Angliae Cancellarius sub H. 6) de laudibus legum Angliae (eo omnino tempore Ducatus Suffolciae et Exoniae ius simile maioribus nostris obtendere conabantur) et in alterum libellum Rad. de Hengham, qui fuit unus eorum Judicum qui tempore E. 1. rerum repotundarum damnati sunt, nondum sunt comparatis, tibi transmittendos curabo, si minus, non deerit tibi mora. Flota ista est itidem Commentarius de legibus nostris scriptus, et videtur, ab uno istorum Judicum damnatorum, dum in carcere qui Flota etiam nunc dicitur, hunc libro titulum fecit, et ministrante forsan haud nullum tibi adhuc est, nec fuit haec prima editio. erit satis correcta, et abbliopolis quibusdam mendis, aberga ope vel ninisperi, vel saltem viri docti, et modesti quaerituri D. Seldenus in suis dissertationibus, omissis; quae quidem tua lectione dignissimas censeo, licet non aliter in lucem prodierint, absq; ipso Flota, qui est in fol. et prior in octava forma. tertius Eutychius lingua Arabica scriptus, et ut editus est, una cum Versione, et notis doctissimi Seldeni forma quarta mittam omnes quam primum malobita haec nequitiis paululum remittat, et potero. Londinum Cantabrigiam, aut saltem cuiusdam ex amicis Londinensibus onus istud imponam, ut loci iam unius in aperiendo D. Loci of the Inspection of Books (nondum tamen Enzoni nostro comitibus est) ubi inventum est, quicquid de part. nostris desiderare potuis, licet ego aliquot ea de re libellos ad te jam dudum miserim, et quidam etiam alij haud contemnendi, pretijq; vilissimi ad te destinarentur. gaudeo te iam tandem de editione Lexici Saxonici serio cogitare, fore dixeram spero, non quod ab isto alterum D. d'Ewes tuo valde timeam, sed quod illud iam diu in amicissimo expectandum. nec audio sane aliquid de eius Lexico, rusticatur enim, ex quo cum ducentis suis collegis vi et armis parliamento abstractus est. Est etiam alius linguae Saxonicae callentissimus qui fuit olim organista vel saltem unus ex canonicis ecclesiae Cantuariensis, cuius etiam antiquitates, et de urbis, Abbatiae etc. et quod mihi multo magni in pretio est, Diplomata omnia, et donationum piarum chartas, et tumuliuntur in Archivis istius ecclesiae publicavit. Summorum ei nomen, quem primum ex libro suo amare coperam, dum offendi in edibus Seniol D. d'Ewes, ubi simul pransi sumus, totumque istum diem infumpsimus in corrigenda et emendanda versione Synodorum Saxonicarum Spelmanni nostri. nec omittam Archaionomiam istam tibi comparare. sed de his videndum ad otia. etiam Bedae historiam ecclesiasticam nondum et charactere Saxonico, condant omnia simul et separatim. Nicolaus Cantabrigiensis aliquam etiam operam in ea re navavit. ex pacto Salmasij ista de rebus nostris, nec nego Sylloge istam forma 12a, simulac non minus pusillo charactere fit, nec video quid mihi vetare porro queat. quin interea tuorum scriptorum notitiam mihi facies est vir et quod multo magis mihi in pectore est, proba, et amicissimus non mihi solum, sed et bonis omnibus, licet ignotis, et qui nec tibi, nec cuiquam malum aliquis unquam facesset. Utrumque tuos accepisse, quem primum amici literarii opera D. Seldeno Italice missi. Epistolae Boccatij nunquam vidi, nec credo de quibus, sed illam vidi Languti et Camdeni, olim inimici ultraq; illius et quae ante prodierant, et quae ad Camdenium scripsit haud illudent vellem. Enzo noster mihi nuper significavit xvi hujus mensis navem versus Hollandiam gravidam solvisse, qua ecclesiastes istas quas desideras aliasq; plantas, et semina ex horto meo libri iam diu destinatum. Unum hoc scribo superesse

402

Amicus quem supra laudaui, qui hic eam rem sua sponte suscepit in isto huius negotio cum D. Iunio qui tot impendat huic rei operam, libros suos omnes ad eum transmittendos curauit. Si quid de Rotuellis omnes in eo sequi dignetur et ingenue admonere, hortatur. Valeat D. Theophrastus suus, et mecum amicus hunc, qui illum multum semper fecit, non amplius desiderat. Nec iam aliud restat, quod te seruo operae pretium sit. Dominum precor, ut te quam optimum nobis seruet, florentemque quam diutissime conseruet. Ex Louanio vi Nouembris.

1519

Desiderius Erasmus de Roterodamo

Conradus Goclenius

Ludouicus

Amplisso Doctisso q V. D. Joni de Laet Johes Mauritius

S P D Etsi nuper in ictis tuis literis, vir amicissime, quem nunc amicum hereditarium merito appellare possum, agnovi manum, mentem, candorem q, pectoris tui, amicic q hoc quendam mei inconparabilis. singulae enim apices, literulae q paternam tuam indolem ad amussim redolent. nec ullae res mihi dolorem, quem ex ejus obitu accepi levare potuit, quam quod te ejus loco amicum vicarium, et succedaneum mihi tam benevolo obtulisti. nec ullae res mihi gratior accidere unquam potuit, quam quod jam vice amici voluntis te filium ejus amicum habiturus sim. de ista inopinata, mihi q nunquam satis lugenda patris tui morte cortiorem me fecit literis suis D. Cruso fratris tui D. Samuelis socer, eoq ipso tempore memento reddita mihi sunt literae ejus ad me, hoc, quas unquam accepturus sum postremae, primo decembris st. Greg. scriptae, in quibus nunquam satis obstiturus sum posteriores aliquot lineas. Dolso sane, inquit, Nephritidem tandiu tibi molestam esse. ego jam annum sexagesimum octavum absolvi, et dei beneficio nec illius, nec arthritidis incommoda hactenus sensi. quae cogens non potui non exclamare cum poeta nescio quo ——— hou quantum mortalia pectora caecae

Noctis habent ——— quinto enim post die, ut ex superis tuis literis accepi, incidit in malodictam istam hemiplexiam, qua cum mihi tertio post die eripuit, Deus q reddidit, ubi aeterna pacis quietis q fruitur cum angelis, animis q beatis. peractum mihi certe erit literarum mutuum commercium, quod jam plusquam triginta annos cum patre habui, cum filio commutare, quod tu etiam nunc auspicatus es, nec unquam officio tam humano decoro. haud nescius ullas rerum mearum penes vos esse, hoc saltem volui tibi notum esse aliquot cod. m. s. mea opera a D. Seldeno olim mutuo acceptos, patriq tuo transmissos esse, Dictionarium nempe Arabicum Camus dictum, pro D. Golio, librum ingentis pretij, Vitruvium itidem ejusdem Seldeni, quo usus est ô magnus, cum istum auctorem perpolitum, typis q committendum suscepero in animo habuisset. obsecro te, ut, quantum in te est, fidem utrius q nostrum, patris scilicet, meam q labores; nec volim tamen ut D. Golium nimis importune urgeas, sed blande monendo, ut ab ipso excipiari possis, quid sibi in animo sit, quod tandiu, quatuor scilicet, quinque annos librum detinuerit, qui non tanto molestius est, quin interea bis, terve exscribi potuisset. Vitruvium certe non potes non invenire in Bibliotheca paterna, et cum jam typis editus sit, nil opus est cod. m. s. amplius detinere. sed haec omnia tuo arbitrio relinquo, tantum te oro, ut mihi rescribas, quid de re futurum tandem sit, ut possim D. Seldeno aliquatenus satisfacere. nihil fere hic novarum est. in Hibernia omnia satis prospere nostris succedunt, nisi quod dysenteria peculiari, et hornaculo istius insulae morbo multi militum, Ordinum q Dnctorum indies periclitantur, quorum vice aliquot millia voluntariorum, tam equitum, quam peditum illuc nuperrime classe transmissa sunt. de rege omnia obscura sunt. haud satis constat, nobis saltem idiotis, an adhuc in insula Caesarea rusticetur, an in Galliam redierit, vel Batauiam vestram cogitet, unde breuior et facilior in Scotiam, trajectus. accepi nuper Catalogum aliquot librorum, quos a patre tuo jamdudum accepturam, cum pretio singulorum, quod multorum ab eo petieram, quos jam hic impressos, ut transmissi quod reliquum est Cryseni nostro quanto cyus mundabo. peto abs te ut meo nomine fratrem tuum D. Samuelem quam officiosissimo salutes, deinq, ut vestrum q postrum cum vestris omnibus licet mihi ignotis, quam diutissime salvos florentes q conservet.

Dabam Stokelworthae xxvi Dec. ∞IↃCXLIX

403

A Monsiuur

Monsiuur Joan de Laet

demourant a

Leiden./.

Loane this with Mr Cruso merchant at his howse in Bishops gate streete nigh the Black Bull Inne, to be transmitted as aboue./.

Nobiliss.° Amplissimo Doctiss.° q viro D. Joh. de Laet

J. Mauritius S.P.D.

Accepi nuper, v. Cl. Limax cum voluptate legi linas tuas, una cum iconibus herbarum vnica vel mimosa, quas D. Parkinsonio tradidi, iamq remitto cum hisce meis, aliaq icone libro suo inserenda quam ex agro yca vna planta in horto pillustris viri D. Joh. Danuers oga. aur. (nosti mi fallor virum) nasconiz depingi & lignea tabella imprimi curauit: nescimus tamen an sit herba vna, vel mimosa, vtraq enim spinosa describitur a Botanographis, licet non ita in tuis iconibus & descriptionem quam simul misisti ex libro illo captiuo plantarum noui orbis desumptam autumo, qd tu significare neglexisti. conuenio his tamen pill. virum D. Spelmannum simulq legimus indiculos tuos vocum Saxonicarum obscurarum, multumq collocuti sumus de voto & genuino illarum significatu; aliquot iamdudum expiscatus sum ex affinitate linguæ nratis, alias enim in ista lingua sum plane ἄμουσος, sed pauculas. in doctiss.° sane parum opis mihi nomio, plus expectandum est ab filij psalterio interlineari cum prodierit, ia fere ad umbilicum peruenit. Egi sapiuscula cum eodem de legibus Sax. edendis quas iam plene paratas habet, mihiq nup monstrauit edendasq obtulit si modo ipse in meam recipere editionis curam, quam ego prouincialem detrectare cogor, ni velim Londini interim omnino morari, qd nec valet corpusculum hoc infirmum, nec credo illas omnino plene maturas, nec bonum sane talibus curis sufficiens vltra posse. annum agit, ex ore eius loquor, decimum septimum vltra sexagesimum, nec ex facili vt aspectu tam virilem vel infirmum iudicares ipsa voce, cum ego hoc ipsi in os dixi, comparat sese vlmo antiquo qui foliis ramisq luxurians intus tamen putrescit. mitto tibi hisce meis inclusam Encyclopaediam illarum legum ex autographo sua olim manu scripto, una cum Supiorum licentia, quasi iam tum in lucem emittere decreuisset ex quo elapsi sunt anni fere quatuor. vtcunq, acciderit ego te hortor ne manum de tabula tollas, nulla enim messis sine spicilegio, nec vindemia sine racemationes: comparatis insuper legum istarum cum ceterarum nationum Britannicarum legibus tibi mox accepta fortè, campus mihi videbitur spatiosus, & amanus, in quo te iam iam exultantem video videor. Synodos nratas ab ipso Spelmanno credo te iamdudum accepisse, ita enim mihi significauit filius tuus. De Indice librorum Anglo-Saxonicorum Bibliothecæ Cottonianæ videbimus; nec omittam etiam Glossarium Saxonicum scrutari, cum primum Cl. Cottonius mus sum reliquerit. misi tibi nup & filium tuum libros duos quos petijsti eiusdq editionis quam indicasti, angit me qd alterum Fuchsij nondum tibi procurare possim; emimbere nactus sum sed tm anis & ij 4 nomps librarum sterlingorum, singulæ enim planta & pris suis coloribus ad vivum depicta sunt ita vt qd plurimi intendit, tibi eius desiderium minuat; si alter nancisci possim credo 14 aut 15 saltem solidis me empturum. Montem Baldum Pone adhuc non immodo, omnes Bibliopolarum nratium tabernas diligenter curiosq inuestigaui & excussi ab eo tempore quo mecum fuisti, nonnihil ante in Anglo me monuisse & appbasse mihiq mandasse, ita ani interpellor procul licet modestissimas amicorum, vt tibi comparaverim, ego certe meum tibi iamdudum misissem ni liber mutilus esset; absunt enim duo tractatus Bris Marcgr. de Amomo botorum, non desistam tamen vltra quærere, dabit fortasse nobis hora una aut altera qd tractatus duobus fere annis denegatus est. Valde me demiratus es, res istas Socinianorum enarrando; licet eni Anglia nimium quantum scatebat hæresiarchis aliquot, nihilnus tamen fateor me nunquam suspicatum esse, de processisse demonticq & impietatis mortalis illos

ACADEMIA TRAIECTINA

Procoisissca ℓℓ dolitatem filij non solū non aegre ferent, sed etiā p fracta
denegarunt. admodū mihi arridet ppositū Elzeuiriorū in Procopio edendo;
est enī autor apud solum non contemnendus, sed quę ea tractat quę nemo
alius antiquorū, quoq; ipse vidit & pars aliqua fuit, nec ea levia nu-
llius q momenti sed res gestas Justiniani Laudatissimi sui temporis Im-
peratoris, qui Gothos Totilam q 79 annis Italiæ dominantes subegit ponitq;
debellauitq;, Vandalos item, qui Africam Romanis armata bi oreptam 95
annis tenuerunt, exterminauit, varia interim bella contra Persas gessit
idq; ducta duorū fortiss. Imperatorū Belisarij & Narsetis. Bene de rep. lit-
rijs meritus est D. Hæscholius qui olim græca edendo, sed versionem talem nobis
dederunt interpres ut merito auctores mali audiant potius quā boni
fidus interpres, qui talem nobis versionem, an potius dicam, conci-
narunt. Salutio etiā, quisquis ille fuerit, mirifice capior. quia antiqua
& quia hactenus ἀνέκδοτος. Desiderium tuum res, mores, & logos modis om-
inspiciendi, cognoscendiq; non posse non approbo; ergo, vir eruditissime
machebirtute, ista ppius ad nos spectant multiq; nos ducunt ad hodierna
in quibus versamur, Ingladiorū alij de rebus Græcorū & Rom. nos in-
terim minimum res Saxonū maiorū communem utriusq; nrūm. amica
facilit q̄ me amplius errare non finisti circa additionē illā nupā scrip-
torū libellum Ecclesiæ Gallicanæ; bene nobiscū actū est q̄d inter se
Ingladiorū hostes, magis ferit quicquid ab ipsis venit. Somnia aliquot
medica Lunata valde vellem, si modo somnia vobiscū fert, ne sis tedio,
mei immemor nec velim ut veniant sola, quoda interim tibi debit
Basilia vestra, aliquot etiam D. Vorstius forte an, alij q amici, videos
quā sum impudenter mendicus. quę de virginitatis notis scribis ita sunt fere
nuo quidē iudicio ut tu sentis, sed particulas illas multo plus ut & reliqua
vocabula artis plerunq; Latino nobis designari videō, nec norunt obste-
tricos aliter exprimere; lingua enim nra nec est adeo lata ut animos
animi notiones facile promat, est tamen nec valde moderata. est penes me
tractatus M.S. vernaculus de repudio Comitissæ Essexiæ quē totū legi ut
aliquid inveniam quē te fere opertius edat sed pro auro fumato carbo-
nes invenio. exprimunt hæc verbis gestualibus cumq; ad rem ipsa ventū
fuerit, modestū verborū circumlocationē immunt potius quā loquuntur.
nihil mediocre expecto ex concertatione ista duorū eruditissimorū virorū
ex qua, tanquā ignis ex silice, ex cultis subinde veritas, modo negotium ad
iuriam & odia, qui mos hodie sciolorū, magno bonarū artiū opprobrio &
detrimento. D. Fromannus amicus meus inter paucos affinis tui D. Powelli
colloqua poesi nrāli valde delectatur scripsitq; tragica, unde a me petijt
ut tractatū quendā D. Homilij de tragœdia constituenda quo quo modo
sibi comparārem; impetrauimus igitur a te amica candidissimo ut illū
quam primum mihi transmittas. Salutamus te amici nos D. Fellt Spol-
mannus, D. Sackvillius, D. Parkinsonius, ego, uxor, soror, filiaq; Deum com-
precantes ut te florentem sanumq; diu conservet.

Ecce tibi etiam Catalogū plantarū a nuduo Tradescantio ex Virginia allatarū
quē ego opa & consilio D. Parkinsonij ex ord. sim confeci inspectis simul
diligenter q consideratis plantis siccis restant multa somnia quę nondū
monstrant cuius generis futura sint. Vale.

Nollem filium tuum inuenem bona fragis, summaq; spei, qui me nuper humanissime domi meæ inuisit, sine literis meis quibuscunq; ad te proficisci, licet haud ita diu ad te literas dederim. Subit iam nihil omnino sperare, ab hoc ordinum conuentu, quam quæ olim male eminatus sum de hisce tumultibus tam Scotorum quam plebis nostræ. cauit rex edicto ne pontificiorum aliqui intra 10 mil. P. Londinium accedat, ne arma domi habeant, nouis officijs quæ libuerunt in rep. vel in aula fungantur, quæ omnia olim legibus parlamentarijs sancita sunt, ansam tamen dedit domui Communium vt seria deliberent de modo quibus edictum hoc executioni mandetur, ne foras detur tantum ad populum faciendum, bmodi ratiliter, non boraciter, vt cum nro Mat. Paris loqui nihil licebat. rediit huc nuper a partibus Borealibus Locumtenens Hibernie, & exercitus insuper contra Scotos Eboraci coacti, contra quem multa exhibita sunt querimonia quæ valde domum inferiorem exercent. Dum hæc scribo venere ad domum procerum selecti quidam ad numerum xx. cum D. Primo. qui nomine totius Communitatis ipsum Regiæ maiestatis peregerunt, orantes vt a conuentu illo sequestretur, dum causa ventilari possit. Dictum factum. agit iam sub libera custodia penes D. Jac. Maxwellium Domus superioris apparitorem vel vt nos loquimur the blacke rod. contra Archiepū Cant. triga illa hominum insolicium, D. nempe Primo J. C. D. Burton S. Th. B. & D. Bastwick M. D. petitiones suas exhibuerunt, etiam alius quidam Dr Layton Scotus, in fallor, qui eandem seruilem pœnam, mutilationemq; iam diu subijt. statuerunt Ordines vt priores tres ex angustijs suis ab extremis regni angulis extrahantur, vt coram causam suam agant, remq; omnem explicent. De Epo Lincoln. olim S. custode turris Londinens. in clauso nihil adhuc agitur. ab hac Scotorum pernicacia, siue malis rebellionem dicere (qd tamen rex cum semel in prima ad Ord. oratione dixisset, postea interpretationis quadam lenitate nomen hoc dictitans non proprie illis conuenire, quorum petitiones ipse audiui dignatus sit, & concedens vt ab vtriusq; gentis Optimatibus res tota ventiletur. etiam Domus Communium adeo acerbe tulit vt cum Withrintonus quidam, eq. aur. ex eadem domo, ita locutus sit, vix supplicium illud effugerit parlamentarium, qd nobis dicitur to be cald to the barre, causante amico quodam opportune, hoc hominis dolori concedi donarijq; posse, qui 2000 libras huius motibus perdiderit) ab hac, inquam, siue pernicacia siue rebellione, vix cogitatione exprimit quanto spiritus hauserunt Nob. Cleros, plebs; qui hactenus miserrime seruiuit seruierunt. Nobiles petitionem regi Eboraci exhibuerunt, etiam Cleros Lond. solumodo, reliquis istius Diœcesis p. primate suo nihil mutire ausis. Cleros diœcesis Eboracens. Londinensium exemplum secutus est. idem fecere singillatim Ciues Londinenses cum nescio quot millibus subscriptionū. Etiam nauta tandem non suis Archiepi infectationis nominatim, in quem omnia rep. mala, plebisq; grauamina reijciunt. etiam separatim singuli fere Comitatus, quibus omnibus rex fere eodem modo respondit parliamentum subito conuocandum omnia correcturum. Det deus. & tibi tuisq; salutem.

Intra paucos dies expectamus hic nobiles aliquot Scotos vt cum Ord. hoc conuentu negotia sua tractent, qui si promissis stabunt, se nempe nihil quærere quam religionem & rem. sartam tectam conseruare, quæ erit omnia prospere & regno cessurum, sin aliter, armis agendum est, hoc enim Dæmoniorum haud aliter ejiciendum est.

xiv Nouembris.

tradunt & Vulcano.

106

Verdunses be Woorhiemge
Heer Johannes de Lart

Tot

Leyden

Amplissº Doctissº q; viro D.º Joh. de Laet. Johes Mauritius

S.P.D. Jam terminis abs to, ab abitu tuis, tuis acceptis, quibus adhuc demoror=
ponsum est, confitebor me in ore tuo balbe esse, bonumq; tandem nowum
futurum vtumq; spondeo. mitto iam tandem tibi Catalogum plantarū
quarum semina nobis gratissima futura sunt, ex vestro indiculo exarpta
omnes sunt; forsan tibi spissior videbitur, cui causam? cum ego confoi
opus Johis Parkinsoni Botanicorū nostratium facile principis, a quo pro=
pediem expectamus Theatrum Botanicum (ita enim indigitauit) lingua
vulgari omnium quę hactenus lucem aspexerunt accuratissimum & ela=
boratissimum. de virtutibus plantarum haud multum addi potest, nisi
plurimorum annorum imo seculorum experientia, ijs quę alij iamdudum
observarunt, mundoq; communicarunt; aut aliquot exoticas certo nobis
dabit, alijs intactas: propriam sibiq; peculiarem lauream arrogabit,
controversias Botanicas explicatas & dilucidatas. Seminum tuorum vinea
phaseolus scilt minimus mihi nuper e terra emersit, serius accepi
quam vt inde aliqua mihi floris spes, sit futura multo minus seminum, quamobrē
aliquot in sequentem annum reservavi. Est mihi iamdudū vt suspi=
caris inde Elzeuiriorum mihi olim a Joh. Billio typographo regio dono dati
editionis 1628. quod noto, vt tu, nisi alius recentior iam, adeoq; locupleti=
tior prodierit (est enim, prout iam sunt Elzeuirij vestri, bruissimus)
isto labore & impensa supersedere possis. Quod in sinum Musarum te
iam tandem, quasi postliminio receperis, serio tibi gratulor, tobiq; rei=
literariæ de Saxonico Saxonico, quod meditaris: age Spartam, quam
nactus es, adornare pergas, ego te vt oblatus hortor; vere enim
mihi vitam, & soli agere videntur, qui huic, futuroq; seculo serentes,
vitam hominū indefessi laboribus suis adiutum eunt. videbimus an
aliqua tibi adminicula forte an procurare possimus a Clariss. Spelm=
anno, qui linguam gargicā callet, vtumq; inuenerit, ego in me conatum
recipio. Lingua iam inuenit, scio, manet tamen in libris aliquot, linguis
omnibus fere Septentrionalibus, vsum inde conijcere licet, fructum eorū
fidorum. imo me Italis, Gallis, Hispanisq; curiosioribus ingratus erit tuus
labor ad linguam propriam primitus cognoscendam, quę licet mera
Latina primo intuitu videatur, quarta tamen pars verborū e nostro
Saxonismo vel Teutonismo fluxit. quanta voluptatis! imo & utilitatis haec
talia vrgere. Simon quidā Portius Rom. vocans edidit Parisijs Dictionarium

Satis locuples lingua græca bulgaris eiusdem grammaticam quibus nuncupat ca-
pior. fuit olim penes me Dictionariolum quadrilingue Italicæ scilicet græcæ
bulgaris, latinæ, græcæq; quæ in libris solis iam bijsit, annis ab hinc CX
vendibijs ex cusum. habemus etiam aliud Armeno-latinum una cum grammatica fra-
Rinola Mediolani impressum MDCXXI & IIII. aliudq; Giorgiano-latinum
R.P.D. Nicephori Erbachi Giorgiani Monachi S. Basilij Romæ emissum
MDCXXIX. etiam nuper Gallus quidam Andreas Du Ryer exactissimam
grammaticam linguæ Turcicæ dedit (obtinam & Dictionarium) & olim quale
quale una cum Dictionariolo Hier. Negiserus. Res nostræ, qd tibi haud
ignotum, non ego facile tractantur a nobis principatus, & vestræ a vobis,
penes resp. semper fuit libertas. Lubricum lingua haud facile ad penam
trahendum esse dixit olim J. C. antiquus, isto loco Iure Rom. nos non
reginari; nobis aliud est municipale suæ gentis, aliud domi magnæ timendum
Camera stellata, arbitrarium scilicet. quibusdam nuper auriculæ demissæ
sunt ob vocatum linguæ. Scotica hic haud absludunt ab Etymo græco, sunt
enim vera ὀρεοτάξια. elapsi iam sunt plus minus duodecim menses ab istis turbis
nec rex tamen de ijs ad senatum retulit ante mensem Julium. redijt Marchio
Hamiltonius compositis tamen rebus & dictis reditus in diem 5tum Augusti ordinis
consuetæ celebrando stipulatis, sic fama tulit mendax & vidotur, ex nuncijs
Scotorum protestationis. audio quidam in caeteros conjectus esse ob insecio
quos rumusculos de rebus Scoticis sparsos, veniam igitur nihi facile dabis, qd
hac in re parcior sum, verborum præcipue p inguem fortean reditorum.
volitant tamen p manus hominum curiosorum, Remonstrantiæ, Protestationes &
Manifesta & vocant Scotorum cum rationibus contra Liturgiam, Canones Ecc-
lesiasticos illis obtrusos, Curiam ecclesiasticam nobis High Commission Court in-
digitatam. De conjugio Hispanensi nihil quidem adhuc ne tenui quidem audi-
tione hausimus, Ducissa illa de Chevreuse promba & saltem proxenetria
in aula hic valde gratiosa est, hactenus regia quadra bijsit nunc suis &
audio sumptibus. certe si apud nos nihil ea de re serio agi evadit, tantum-
dem ego de Hispanis, qui iamdudum & iamdiu nos naris obsidionis spe conjugij
olim satis lactarunt, dum interim ipsi res suas in tuto collocarunt nobis
succollantibus. Observationes vita ad Prosperum Alpinum de plantis Ægyptijs imiisse licet
valde mihi arridunt. cum Martinus noster redierit, si exemplaria aliquot attu-
lerit, qd non despero, ego vtrig nostrum singula seponam; ad illud etiam Nemi-
sij in Epictetum cor mihi saltijt p gaudio: valde expediret resp. literariæ ve-
torum autorum, tabas præcipue, in diras luminis oras emitti: nos dos in area strangu la-
mus, qd aliud, quæso, est in bibliothecis (an Bibliotaphijs?) & blattis tinois p̃ scam
reconderæ. hoccine est rem literariam egregie curare? Scilicet. Ego nuper

